de temp' a dieb' malis cui ta
lis sic dicit sepe na gaudebit
corpo attadit ei. h. ad. bn.

Sexto videdu e. qualr spos nr
in ritine studiose meditacois
in interiu secretu et eterne mani
um dm ihu i gredi tenet. Circ
q notadu. q cu vbu eternu se
spui nro. i meditacoe sua qsi
quoda vultore iocudissimis
confabulacionibz associet ipsum

j Quid in nob locucio diuina
et cogitacio nra humana

de temporalibus abstinendo docens
nos instruendo ad eternam vitam
do. ut supra dictum est. Ideo necesse
ut spiritus noster temporalia fugiat
quia ex hoc eternis appropinquet et ad
interiora deserti cum moyse intret
ubi de eternis audiat in solitu
dine meditationis assidue perma
neat in eterna intuitu contemplationis
totius conversatione teneat, et cum propheta
dicere possit. Ecce elongavi fu
giens et mansi in solitudine. Quod ver
bum exponens beatus gregorius 43. moralium
dicit. Non fuit contentus exire mente
et longe se facere ut quiescere pos
set. Et si transilisti carnis oblec
tamenta ut minime iam obedi
as concupiscentiis eius nec teneantur
intellectus et tumultus perfecisti et se
parasti te. Sed nondum te elongas
ti [illegible] inruentia undique fan
tasmata corporearum similitudinum
transvolare mentis puritate pre
valeas. huc usque noli tibi pro
mittere requiem. Cum ergo si ita
intueri estimas locum secretum
quietem solitudinis serenum summe
habitaculum paras. hec ille. Beatus bernardus
notat quod hec solitudo meditationis
in mente humana ut dicit gregorius
quarto moralium ubi dicit sic. In solitudine
manere est a secreto cordis terrenorum
desideriorum tumultus expellare
et in una intentione eterne patrie
amorem intime quietis anhelare.
Rex a tumultu rerum temporalium
magnum quendam secessum petierat
quietam mentem in quo tanto verius
deum cerneret quanto hunc cum se so
lo solum inveniret. hec ille. Unde propheta
manens in solitudine illa dicit. Ex
spectabam eum qui salvum me fecit
a pusillanimitate spiritus et tem
pestate. In quibus verbis propheta
dicit se a duobus malis liberatum
in solitudine que consueverunt im
pedire ambulantes in itineribus eter
nitatis scilicet a pusillanimitate
spiritus et tempestate. Primum est inte
rius secundum est exterius. Primum est scilicet pusil
lanimitas que est ex defectu fi
dei. ex quo omnia interiora impedimen
ta oriuntur, quia spiritus sine fide infir
mus est usque ad mortem. Ab hac
pusillanimitate in solitudine beatum
salvatus fuit, ut dicit. quoniam in te
eripiar a temptatione et ideo meo
transgrediar murum. quod gregorius exponens
26. moralium dicit. murus est omne quod
itineri meo obicitur ne ad deum
quem diligit transeat. Sed murum trans
gredimur cum per amorem illius omnia impedimenta
obvia calcamus. Secundum scilicet tempes
tas exterior quia omnis tempestas exte
rior generat tempestatem interius ut fre
quenter nisi adsit caritas que omnia suffert.
Ab hac tempestate in solitudine
propheta interim salvatus fuit, ut dicit.
quod in solitudine exspectabam eum qui
perfecit pedes meos tamquam cervorum
quod gregorius 26. moralium exponens dicit
Electorum mentes cum dominum diligunt
hoc mundo obviantia obsistentia sibi
despiciunt. contemplationis saltu trans
cendunt. et more cervorum despectis
terrenorum ferorum saltibus in superna id est
eterna evehuntur. hec ille. Ergo in
hac meditatione sollicitata
sola cum solo secure manet a
temporalibus abscondita, eternis vita
libus fidei et caritatis fervore vi
vificata et stabilita. Unde hugo
libro 3. de archa noe concludit dicens sic. Si
per studium meditationis assidue
cor nostrum inhabitare ceperimus, iam
quodammodo temporales esse desistimus
et quasi mortui mundo facti, intus deo
vivimus. Tunc quicquid fortuna extra
molitur facile contempnimus
quia ibi fixum est nostrum desiderium ubi
mutabilitatem non sentimus. Et
[illegible] studiosa meditatione inte
se exercuit et perfecit quod in contemplationem
transiliuit. et hoc est quod dicit richardus libro
4. de civitate per meditationem
inquisita tandemque inventa mens
solet cum aviditate suscipere inven
tum cum exultatione [illegible] admi
rationis [illegible] in hore [illegible] iam
meditatione meditando excede
et meditatione in contemplationem tran
sire sic cogitationem quasi in medita
tione transire. hec ille. Ex hiis apparere
potest quomodo spiritus humanus per meditationem
eternorum a temporalibus recedit et eternis
inheret ut dicat cum apostolo nostra con
versatio in celis est. philippenses 3. Termi

Marginalia: nisi etiam — .b. — nota bene — Vide — nota

Ave maria. bn. d.
Cyphos multos ha
bemus. canales pau
cas.

nimus

uinimus per ignem et aquam. et eduxisti
nos in refrigerium eternorum
Ceptio videndum est qualiter spiritus
humanus ad veniendum per iter
studiose meditacionis nostro dili-
cti mutatur dicitur cantica 2. Sur-
ge propera amica mea columba
mea. formosa mea et veni. Quasi
multacionis subungit dilecti in
dicens veni. quia iam est in me-
randi optata facultas. Iam
enim ymber cure temporalis distur-
bantis et impedientis ambulantes
in itinere meditacionum abiit et
recessit. quia pluuia actualis
descendit et venit in vellus virgi-
neum colligens dispersiones me-
ditacionum ad congregandas pa-
tris unitate et simplicitati eter-
nitate. Dicit ergo amicam inui-
tando. O amica mea. per medi-
tacionis tue amorosa assidui-
tate que est incentiua amoris
quia in ea exardescit ignis
sicut ps. Ex hui li 9. de archa
noe exponens dicit. Sicut ignis
ligna nutriunt. sic cogitacio-
nes sue meditaciones desi-
deria pascunt. Vnde cantica 1. dixit
me dilecte ex cenorum fasciculus mir-
re dilectus meus michi inter vbera
mea commorabitur. i. in memoria
mea. ait glossa. sicut meditacione
Surge per meditacionis tue ex-
tensionem a temporalibus in eternitate
ut primo egrediamur cum ysaac in
agrum ad meditandum Tendo ex-
tendens te cum apostolo in celis ad
conuersandum. phil. 3. O columba mea
per meditacionis tue columbinam
simplicitatem ysa. 38. Meditabor
ut columba. Victor dicit quia columba habet
simplicem intuitum et significat puram et sim-
plicem intelligentiam. Ex pura autem
et simplici intelligentia oriuntur pure et
simplices meditaciones que sunt ideo
gratissime. Propera per medita-
cionis tue agilitatem quam agilita-
tem desiderabat qui dixit. Quis
dabit michi pennas sicut columbe et vo-
labo et requiescam. quam agilitatem ob-
tinuit cum dixit. Si ascendero
in celum tu illic es. si descendero ad

infernum ades. Si sumpsero pennas m.
diluculo. O formosa mea per
meditacionis tue pulchrificam
puritatem meditacionis enim se-
dula excitacio circa eterna m-
entem purificat a temporalibus abs-
trahendo et eam pulchrificat et
formosam facit. ad eterna exten-
dendo. ut cum ps. dicat. meditatus
sum in nocte s. temporalium. exercitatus
bar me ad eterna extendendo et sco-
pebam spiritum meum non solum a tem-
poralibus fugiendo. sed et vmbram
temporalium similitudinum et yma-
ginum animo abstergendo. De hac ex-
tensione ad eternitatem dicit augustinus
li. 1. de trinitate. c. 13. Mens quanto
se magis extendit ad id quod eter-
num est tanto magis formatur ad ymagi-
nem et ideo credenda est facies dei
semper. ut ymago magis refor-
metur. donec secundum apostolum in eandem
ymaginem transformemur ut de-
tur ei deus illud. Cantica 4. Quam
pulchra es amica mea. Veni igitur
ad meum intellectum et intra in gau-
dium domini tui. Veni iam in gratia ut
amplius ingrediaris. quia pro meis
gaudiis non cessabis. &c. Et hinc
amorose inuitacionis subiungit
amorosum affectum. d. Surge
velociter et veni. quia ymber abiit et
recessit. quod Victor exponens dicit
ymber est aqua yemalis a celo fuga-
ens. terram corrumpens. frigefaci-
ens et in multas guttas seu partes
se diuidens. lutum generans
et itinerantes impediens et significat offi-
cium cure temporalis quod labens est de-
cursu et quasi in ista necessitate mente
retrahit a suspendio spiritualis eter-
na speculata et ad sollicitudinem
temporalium negociorum terrena vehemen-
ter vrget. vnde spirituale mentis
feruorem sepe tepefacit vel et
totaliter extinguit. licet quidem
professionem inter minores exemplo
angelico incedant. genesis 28. leuitici 26.
In ferrus agnit sursum erecta
et per rectam et deuotam intencionem
iste ymber est vitandus in vsu et in
animo. sed iste. Sed que hic iste ymber
sine aqua yemalis abiit et recessit
et ymber estiualis sine aqua respiciente
salutaris ad nos qui in meditacione

tionibus mentis ab eternis non impedit sed promouet dirigat et perficiat. Ideo verum. Sed hec aqua estiualis spiritum tuum in meditationibus ad necessaria ad meam eternitatem salire facit, ad meam eternitatem iter ducit. Ioh. 4 c. dicitur 10. Vel estiuus [illegible] quam ego do fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. In huius verbis innuit quod aqua estiualis [illegible] a fonte vite oritur. Ait psalmista: Apud te [illegible] meditationum nostrarum sursum trahit per desiderium eternorum. Quare psalmista dicit: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Secundo innuit quod aqua estiualis spiritum nostrum ad velocitatem currendum per meditationem [illegible] cooperatur. Tunc quia [illegible] spiritus itinerantis ad eterna quo ad temporalia extinguit, quia aqua illa fiet in eo fons fluens per omnes valles anime. Qui enim intra se hunc fontem [illegible] sitire non potest, ait Crisostomus. Item spiritum itinerantem ad eterna vigorem tribuit, quia est aqua viuificans omnes potentias anime. Item spiritum itinerantem ad eterna non [illegible] salire facit, quia est aqua saliens, id est faciens saltare. Item aqua hec estiualis spiritum itinerantem reformat et perficit, quare ad vitam eternam iter ducit, que non saltat ad transitoria sed salit in vitam eternam, ut Ioh. 10 c. Ad quam vitam nos perducat pater et filius et spiritus sanctus. Amen. Deus benedictus.

Tertium iter [illegible]

Quo itineratur per quod spiritus humanus venit ad intrinsecum secretum et eternum mysterium domini Ihesu. Est eternorum limpida contemplatio. Ad cuius itineris meliorem cognitionem sunt 4 precedenter notanda. Primum est quare sit istius itineris necessitas et quare iter meditationis in medietate sequitur. Secundum est quid sit contemplatio et qualiter descriptio eius intelligatur. Tertium est qualiter contemplatio a meditatione, speculatione et intuitiua visione distinguatur. Quartum est qualiter contemplatio secundum diuersos gradus [illegible] diuisimode dicatur. Quintum est [illegible] iocunditate spiritus humanus [illegible] contemplationis expiatur. Sextum est qualiter per iter contemplationis spiritus eternum mysterium Ihesu ingreditur. Septimum est qualiter spiritus humanus ad videndum per iter contemplationis ad secretum Ihesu mittatur.

Primo igitur videndum est quare sit necessitas istius itineris scilicet contemplationis eternorum et qualiter in medietate iter meditationis eternorum sequatur. De quo sciendum est quod cum meditatio eternorum sit quedam inuestigatio et inquisitio cum magistris [illegible] animum in quesita veritatis eternorum nec ab inquisitione desistat donec quod querit inueniat quantum potest plenarie, quod spiritus humanus per istam meditationem in eternis nec figatur nec quietetur donec per contemplationem ei ostendatur quod per meditationem querebat. Sed quam cito quesitum inuenit et spiritus ille qui ascendendo cum admiratione inherere cepit tam cito meditatio cedere desinit et in contemplationem transit, ait Richardus libro 1° de archa mistica c. 4, ubi dicit sic: Per meditationem veritatem diu quesitam tandem quod inuentum mens solet cum auiditate excipere, admiratione diuinius inherere et [illegible] meditationem meditando excedere et meditationem in contemplationem transire. Proprium est contemplationis [illegible] suo spectaculo cum admiratione inherere. Meditationis vero proprium est [illegible] per motionem [illegible] tendere [illegible]. Ex hiis igitur patere potest istius itineris scilicet contemplationis necessitas, [illegible] inuestigatio meditationis [illegible] terminet [illegible] contemplationis [illegible] meditatio terminet et transeat [illegible]. Ex hiis patet ordo istius itineris scilicet contemplationis ad iter meditationis, ex quo studio meditationis spiritus humanus surgit [illegible] contemplationis, ut ait Richardus [illegible] per veritatis contemplationem homo [illegible] ad gloriam ad iustitiam [illegible].

Secundo videndum est sic principaliter secundum quid sit contemplatio et qualiter descriptio eius intelligatur. De quo non dubium

est quod contemplacio secundum potissimum statum
suum est status intellectus non impeditus gra-
cia sanati certa spectacula divi-
na admiracione suspensi. Sicut videtur
contemplacionem describere Rich. li. 1.
de archa mistica c. 4. dicit sic.
Contemplacio est libera mentis perspi-
cacia in sapiencie spectacula cum ad-
miracione suspensa. In hac de-
scripcione innuuntur quatuor que con-
templantibus sunt necessaria. Primum est
liber contemplantis motus ab oculis
exemptus et in nullo impeditus. Unde
Rich. dicit ibidem. contemplacio quidam
liber motus et secundum spontaneum
motum huc illucque circumfertur et nullo
difficultatibus obstaculo a discur-
sionis sue impetu impeditur. quamvis con-
templacio contemplet quantum potest. Ex
hoc apparet quod spiritus contemplantis de-
bet esse sine peccato. quia qui peccat servus
est peccati et vinculis eius ligatur ne sur-
sum feratur. Debet et liber esse a de-
siderio et cura temporalium quia sub ingenti
dure servitutis liber autem spiritus di-
mittitur. qui calcatur terrenis ab
appeticione temporalium in quietudine
te mentis exoneratur. dicit Gregorius
20 mor. Secundum quod necessarium est
contemplantibus quod hic ponitur in descrip-
cione contemplacionis est quod oculus
contemplacionis sit perspicax i. gratia
sanatus dicit n. Hugo commentator
super 2. angel. ier. quod triplex est oculus est
enim oculus carnis quo videt homo
ea que sunt extra se. oculus racionis a-
pertus est. oculus racionis lippus est o-
culus contemplacionis clausus et cecus
hic iste. Igitur necesse est ut oculus
contemplantis perspicax sit ut sanetur.
Oportet igitur gratia sanare primo quod
oculus contemplantis dicitur. Secundo quod sa-
netur oculus. Tercio quod sit aspectus
eius. Quarto quod sit visio eius. Hec quatuor
dicit auctor libri de spiritu et ani-
ma esse necessaria et ondit quod
[illegible] dicit ipse quod mens
racionalis ubi est quedam scintilla [illegible]
[illegible] ad quod pertinet ymago
et cognicio dei sequitur oculus vero anime
est mens. Et hoc ab omni labe cor-
poris debet esse pura et tunc est sa-
na. mentis vero aspectus est racio intellec-
tus vero est visio. Hec omnia anime necessa-
ria. i. ut oculos habeat et sanos. ut

aspiciat. et ut videat et sequitur. Sed
nos oculos habemus cum amore talium
cupiditatum est purgata atque remo-
ta. scilicet ab ymaginibus aspiciat cum in
dei lumine oculos figat. Sed videt
cum in illa contemplacione conspicit.
quanta sunt gaudia. quanta leti-
cia. quanta serenitas. et quanta iocun-
ditas. Sanitas facit illa secundum
aspectus. recta visio beatam quod est
finis aspectus. Hic iste. Iste est oculus
contemplacionis de quo dicit sponsus can. 4.
Vulnerasti cor meum in uno oculorum
tuorum. i. tua intelligencia simplifi-
cata penetrasti ad me. perveniendo
ad cor meum quod propter te vulneratum
fuit ex amore nimio quo dilexi
te. Tercium quod ponitur in descripcione
contemplacionis est quod oculus contemplacionis
in spectacula sapiencie et ne sit dictum
quod non per hoc quod dicit in sapiencie et
ne spectacula. Ex hoc autem patet
quod Rich. hoc non accipit contempla-
cionem ut est actus intellectus perfecte
sed et ut saporosam dileccionem in-
cludit. Nam sapiencia a sapore dicitur
ut dicit Bern. Et albertus sapiencie
principaliter et primarium est ipse deus
sub racione qua virtutem excitat volun-
tatis ad eius saporosam dileccionem
et actus sapiencie est contemplari deum non
quocumque modo. sed ex dileccione cum quadam
experimentali suavitate et affeccione
Igitur spectacula sapiencie sunt cognicio
veri et amor summi sapor boni. dicit
enim Lin. super 7. angel. ier. quod sa-
piencia oritur ex amore qui pervenit
in lumine cognicionis et sapore contempla-
cionis. sicut ex calore procedit
lux et flamma. hic ille. Actus igitur
contemplacionis duo includit scilicet cognicionem
et saporosam dileccionem et dileccio ad-
iuvat cognicionem. unde secundum mensuram
dileccionis differentiatur et modus
manifestacionis. Ait Rich. 9. de
contemplacione c. 16. Quartum quod ponitur in
descripcione contemplacionis est men-
talis suspensio ex admiracione
causata quod notatur in hoc quod dicit ad-
miracione suspensa. De hac sus-
pensione dicit Rich. l. 5. de
archa noe mistica c. 9. Ex novita-
te rei que est supra mentem estimacionem
oritur admiracio. ex admiracione
autem crescit attencio. ex attencione
cognicio et ex hiis mentis suspensio
que sicut dicit ibidem dum humana intelli-
gencia divino lumine irradiatam

intelligibilium contemplatione suspenditur in eorum admiratione ad modum aurore distenditur quanto semper ad altiora vel mirabiliora ducitur

~~tanto amplius tanto copiosius ad modum aurore distenditur quanto semper ad altiora vel mirabiliora ducitur~~

tanto amplius tanto copiosius ad modum aurore dilatatur. Unde quanto ab infimis fit remotior tanto in semetipsa purior et ad sublimia sublimior ducitur. Ex quo sequitur quod in superioribus diutius suspenditur quanto a terrenis [illegible] suspendio dicit Job. 7°. Suspendium elegit anima mea. quod Gregorius exponens dicit sic. Suspendium elegit illa extensio mentis in eterna suspendia ut cum [illegible] nunquam ex intentione voluntatis set sola repulsatione necessitatis ab eis mentis inde flectatur. ut dicitur in ps. Oculi mei semper ad dominum.

Tercio videndum est qualiter contemplatio differt a cogitatione / meditatione / speculatione / et ab intuitiva agnitione. Hic notandum quod ... ordinem gradatim habent in se. Nam cogitatio que oritur ex ymaginatione in ista incipit et terminatur in meditatione. Meditatio que oritur ex ratione incipit et terminatur in speculatione. Speculatio que oritur partim ex ratione et partim ex intelligentia incipit et terminatur in contemplatione. Contemplatio autem que oritur ex intelligentia incipit et consummatur in intuitiva agnitione.

Hec igitur omnia in hoc conveniunt cum fuerint ordinata quod dirigunt in divinum aspectum / sed tamen differunt / et hic dicam precedentium quatuor a contemplatione post agnitionem per quatuor que in contemplationis descriptione ponuntur / quam Richardus ponit li. i. c. 4. ut dictum est. Contemplatio differt a cogitatione per hoc quod in descriptione contemplationis ponitur quod sit libera. Unde Richardus li. i. de archa mistica c. 3. dicit sic / contemplatio libero volatu quocumque eam fert impetus mira agilitate circumfertur / Cogitatio autem per devia lento pede sine respectu pervenientis passim huc illucque vagatur / et quia cogitatio ex ymaginatione oritur / ideo quamvis sine ratione movetur / ut dicit Richardus / et ideo minus libera est quam contemplatio que ex intelligentia oritur infimo cogitatio rationem que est infra

intelligentiam subicitur per eam regitur. Unde Gregorius li. i. moralium dicit sic. Cogitationes ad modum ancillarum rationi substituuntur / que si a domo mentis ad momentum ratio discedat quasi absente domina cogitationum se clamor velud garrula ancillarum turba multiplicat / ut autem ratio ad mentem redierit mox se confusio tumultuosa compescit / et que ancille adiunctum opus se tacite reprimunt / dum cogitationes protinus causis se propriis ad utilitatem subdunt / sic Gregorius. Et sic dicit Richardus li. i. c. 4. Si cogitatio quandoque ratione moveatur ut ad aggrediendum aliquid ambiat et ad hoc vehementer et fortiter insistat iam non est cogitatio sed in meditatione transit. Secundo igitur sciendum est quod contemplatio differt a meditatione per hoc quod in descriptione contemplationis ponitur quod ipsa est mentis perspicacia. De quo sciendum est quod perspicacia est intelligentie actus. Intelligentia autem ut dicit auctor li. de spiritu et anima. Est enim vis anime que immediate supponitur deo. quia de divinis quantum homini possibile est agnoscit. Et dicit Richardus de archa mistica li. i. c. 3. Ex intelligentia oritur contemplatio. Ex ratione autem oritur meditatio. Et ex hoc ipso ostenditur quod contemplatio excellit et excedit meditationem. Ex quo etiam patet dicta eorum. Unde Richardus ibidem dicit sic. Et certum ymaginatio ratio intelligentia sic intelligentia optinet supremum locum ymaginatio infimum ratio medium et omnia que subiacent sensui inferiori necesse est subiacere sensui superiori. Sed non econverso. Unde constat quod cuncta que ymaginatio vel ratio comprehendit sub intelligentia cadunt et etiam illa que nec ymaginatio nec ratio apprehendere possent. Respice ergo videte quam late contemplationis radius se expandat qui omnia lustrat et quemadmodum contemplantis sub uno visionis radio ad innumera se diffundat. Sequitur per illius intelligentiam sinus mentis in immensum expanditur et contemplantis animum ... acuit ut capax sit ad multa comprehendenda et perspicax ad subtilia penetranda. Hec ille. Et hoc dicit Richardus ibidem quod meditatio in contemplationem transit tamquam id quod perfectius est ... quod dicitur speculatio est gradus contemplationis quia ... non est perfectus contemplationis gradus. licet unum pro alio ponatur ut prius. Tercio sciendum est quod contemplatio differt a speculatione per hoc quod in de-

intuitiva

.b.

q°

sceptione contemplationibus potest quod fit in sapientie spectaculo. De quo nota quod secundum Augustinum libro 14 de trinitate speculatio dicitur tamquam aliquid non in se sed per ymaginem suam videtur vel enigmate id est obscure. Richardus vero libro 5 de archa mistica dicit: Quamvis contemplatio et speculatio pro invicem soleant poni, et in hoc scripture sacre proprietatem obnubilet et involutione aliqua, tamen expressius speculationem dicimus quando per speculum id est ymaginem aliquid cernimus. Contemplationem vero quando veritatem sine aliquo involucro umbrarum seu velamine in sua puritate videmus. Unde et Hugo super Angelicam ierarchiam dicit: duos vocat simpliciter fulgores, per utrasque illuminationes, et per puras illuminationes venitur ad puras contemplationes. Pura illuminatio est quando veritas per se ipsam accipitur; potest contemplatio esse quando veritas in semetipsa videtur, non per subiectam ymaginem vel figuram. Hec ille. Ex quo apparet quod contemplatio in spectacula sapientie clariorem aspectum habet quam speculatio et gustum sapidiorem. Unde Richardus ibidem exponens illud psalmi: Montes exultaverunt ut arietes et colles sicut agni ovium. Colles agnorum similitudine exultant quando immensa illa intime sollempnitatis tripudia eos usque super semetipsos levant ut celestium secretorum archana saltem per speculum et in enigmate videre valeant. Montes vero quasi ad instar arietum exultant quando maiores incorruptibilitatis sue excessibus in puram et simplicem veritatem videant quam minores vix per speculum et in enigmate videre valent. Hec ille. Expedit tamen scire quod licet Dyonisius loquitur de speculis angelicis spiritualibus super 3 angelice ierarchie, dicit quod specula spiritualia pura clara et plena spiritualiter possunt recipere radios solares sibi incidentes immediate a fonte lucis, et tale dicitur lumen contemplationibus pertinet oculo contemplativis ut perhibet; et secundario lumine recepto in specula refundunt in ceteros lucis capaces non tamen secundum claritatem illam qua ipsi receperunt sed secundum cuiuslibet capacitatem, et sic dicitur lumen speculationis quando mediante speculo spirituali recipitur vel per scripturas

Ab

vel per doctrinam vel per exempla illuminatis speculis precedentia. Quemadmodum speculum materiale primo a lucido suscipit radios sibi incidentes et quos reflectit in oculos aspicientis, quos oculus tamen sibi non mediate speculo prius recipit quam a fonte lucis propter nimiam refulgentiam oculus debilis immediate videre non potuit ut patet ad solem. Sic lumine speculare ita efficitur capacitate lucidum oculis videntis. Sic lumine immediate receptum a lucido ut patet in perspectiva et contemplatione. Jacobi 1 capitulo dicitur quod consideravit vultum suum in speculo statim oblitus est etc. Certum siquidem est quod contemplatio differt ab intuitiva cognitione per hoc quod in descriptione contemplationis dicitur cum admiratione suspensa. Suspensio enim dicitur quasi quedam violenta elevatione dum anima supra naturalis possibilitatis terminos sursum gradatur. Unde Richardus libro 5 de archa mistica capitulo 12 dicit sic: Procul dubio dum anima secreta de interno gaudio tripudii sui a semetipsa excutitur, dum super semetipsam mentis alienatione urgetur, dum in celestibus tota suspenditur, dum angelicis spectaculis tota immergitur, naturalis possibilitatis terminos supergressa videtur. Patet quod anima contemplativa frequenter ad inferiora relabitur. Unde Richardus ibidem: Nonne valde terra? A terra suspenditur quando homo super hominem ducitur per exploratorem a domino dicitur: terra es et in terram ibis. Bene quidem terra recte dici potest quia luteas domos inhabitat et terrenum habet fundamentum. Sed et Gregorius 10 moralium dicit: sic anima a contemplativa vita infirmitatis sue pondere victa lassatur tanto celerius labitur quanto carnis claustra transcendens super semetipsam conatur ire. Sed anima in intuitiva dum congreditur numquam ad inferiora relabitur sed sine intermissione et fatigatione deum in eternum aspicit et intuetur, quod in corpore corruptibili fieri non potest, de quo plenius nota in 2o itinere. Unde Dyonisius 2 angelice ierarchie dicit quod semper uniformis equaliter bonus et pulcher est, quia habet in se simplicitatem desiderabilem et secundum omnia est totus desiderabilis id est plenarie intime et irrevocabiliter in se

al' limite

B.

al' nature

al' nature

C.

cium suorum applausorum desiderat hic
Omnes igitur iste denique sunt secundum
dolorem et minus clarum aspectum
ad deum. Et pluribus predictorum tantum in
sequentibus se taliter imperfectos. Hec contemplacio
perficienda est ut mentis
intuitu contemplacione taliter in sua
perfectione. Unde glosa Luce x dicit: Contemplativa
hic incipit et in celesti
patria perficitur. Quia ignis amoris
qui hic ardere incipit, cum ipsum
quem amat videbit amplius in amore
eius ardescit. Et Gregorius 6 moralium exponens
illud Luce x: Maria optimam partem
elegit que non auferetur ab ea, dicit
active vite opera cum corpore transeunt,
contemplative vite gaudia
melius ex fine invalescunt,
et sic patet differentia predictorum.

Quarto videndum est qualiter contemplacionis iter per diversos gradus
vel modos secundum varietatem consideracionis sanctorum et diversas tradiciones
doctorum distinguitur, ut per hoc
verius et securius iter contemplacionis eligamus et per hoc ad eternam
intuitum [illegible] veri perveniamus. Sed
ad intellectum istorum hoc notandum
est quod aliud sunt gradus contemplacionis
et aliud gradus procedendi per
diversas disposiciones ad contemplacionem
gradus. In contemplacionibus sunt quidam
progressus et profectus intellectualis cognicionis
et saporose dileccionis ad contemplandum
deum sub racione vi et boni. Unde Gregorius
22 moralium dicit: gradus dominice mentis
ascensionis virtutum. Tales autem gradus
profectuum sunt innumerabiles.
Gradus autem ad contemplacionem dispo-
nentes sunt illa que adiuvant et dis-
ponunt gradatim intellectum et affectum
ad contemplandum. Et sic quasi certa est
quedam scala per quam gradatim ascenditur
ad contemplandum deum cum creaturas et
creata per electos loquendo tamen secundum
consuetum modum gradus contemplacionis
dicuntur illa incrementa et ille disposi-
ciones que continue magis intellectum
et affectum coadiuvant ad contem-
plandum et que distincte et tradita sunt
a sanctis et doctoribus. Unde Gregorius 22
moralium dicit: gradus vocatur incrementa
virtutum distincte tradita a sanctis. Ista
cassitate autem istorum graduum contemplacionis
ascendit. Gregorius 22 moralium: Nemo in summitate
deserens repente fit summus. Quia
ad optimam perfectionem initium oportet
ut mens cotidie in altum quasi quibusdam
ascensionis gradibus perveniat. Unde
psalmus dicit: Ibunt de virtute in virtutem, donec
videatur deus deorum in Syon. Et idem
dicit in gradibus eius ascenditur sic contempla-
cionis tamen suscipiet etiam contempla-
cione vera. Ricardus libro super 2 an-
gelicam ierarchiam ostendit necessitatem istorum
graduum per exemplum dicens: sicut accidit
tenuioribus infirmioribus primo suscipiunt
lumen solis obscurum et nigris co-
loribus suffusum deinde magis co-
fortati suscipiunt illud a coloratis
coloribus mediis et postea visu ro-
borato plus suscipiunt illud super-
fusum coloribus albis. Deinde vero plus
aucta firmitate suscipiunt illud sub
gradibus suffusum ut speculum. Et tandem
de oculis perfecte sanitatis suscipiunt
solarem radium non alicui suffusum sed
ipsum purum ipsum solem in ipso puro
solari luce irreverberate aspicientes.
Sic est. Oportet mentis oculum infirm-
orem prius assuefieri ad aspiciendum
lumen solis intelligentie in grossio-
ribus deinde in subtilioribus donec tan-
dem ex parte luminis delectacione magis
multiplicatur suffusa extendamur
et restituamur in simplicem ipsius radium
huiusce. Ex predictis apparet quanta in via
devoto lumine contemplacionis spectan-
tive quod in saporoso gustu contempla-
cionis proficere oportet paulatim
et gradatim proficiendo ascendere
et ascendendo dilatus cognoscere deum.
Quia sicut dicit Hugo super 10 angelice ierarchie:
Quanto magis ascendit ascensio tanto
magis ascendit cognitio, donec oculus mentis
intellectualis magis ac magis illuminetur
et confortetur et affectus intellectualis magis
purificetur et inflammetur et totus homo
exterior et interior in deum credat. Et hoc
vivis et perfectis videtur fieri per gradus
illos qui merito ad similitudinem ce-
lestis ierarchie per gradus illuminant
et perficiunt. Dicit non hic attamen super angelis,
ubi quod oportet quod mens que deum vult
contemplari primo purgetur, postea illu-
minetur et deinde perficiatur. Qui mens
cedat purgacionem non sequitur illuminacio

in ignis
A.
F.
xi
ca. 13o

Nota novem gradus contemplationis secundum novem choros angelorum sive secundum triplicem ierarchiam angelorum

et nisi esset illuminatus non veniret consu-
matus sub perfecto et tales magis ap-
propinquant deitati. Quanto autem magis
appropinquant tanto vel' contemplatur. Ta-
les ergo gradus dyonisius 10 angelica ierarchia dicit
esse tam in mente angelica quam humana
bene ordinata unde secundum commentatores
lincolniensem et hugonem et vercellensem. dicit dyonisius
hic addendum est ex habundanti non in-
conveniens quod unaquaque mens an-
gelica vel humana bene ordinata habet
in sua singulari persona primas me-
dias et ultimas ordinationes ie-
rarchicas et illuminationes manifes-
te distinctas. hec dyonisius. Hec verba
exponens commentator vercellensis super .6. c.
ystarum et in prologo super cantica dicit ergo quod
in singulis mentibus ierarchicis dis-
ponuntur tres ierarchie et in singulis
earum tres ordines iuxta angelicam
dispositionem. Videlicet in infima angeli
archangeli et principatus videndum est
per hos enim mens ordinatur bene re-
spectu exteriorum. In media autem mentis ie-
rarchia sunt potestates virtutes et
dominationes. per hos ordinantur
respectu superiorum. et has novem or-
dinationes vocat vercellensis novem
gradus contemplationis quibus redu-
cuntur in divinam monarchiam.
Et prosequitur idem de singulis gradibus
primitus hec. quod in infima mentis ie-
rarchia consistit iterum natura media
industria. Et tam in gratia que incapabili-
ter excedit utrumque. In prima operatur
natura in suprema sola gratia in media
industria et gratia. Et sequitur infimus ordo
ierarchie infime mentis quod dicitur angelicus
continet primas et simplices apprehen-
siones naturales tam intellectus quam affectus
sine aliqua deliberatione commodi vel in-
commodi que tamquam auditi et nuncii aliquid
sive simpliciter annunciant. Ecce ver-
cellensis tractatus incipit ab infimo gradu
intellectualis operationis et affectionis que
sunt prime et simplices apprehensiones
et ascendit paulatim et gradatim
per catenam collucentiorum usque
ad summos apices intellectus et affec-
tus ut patebit. Medius ordo infime
ierarchie mentis continet naturales
dictationes apprehensionum boni videlicet
aut commoda vel incommoda et huius
fit annunciatio principaliorum quam in
prima. Tertius gradus vel ordo infime
ierarchie continet appetitus et

fugas apprehensorum secundum dictationes
commodi vel incommodi. Fuga autem
est mali et appetitus boni. et ita iste
ordo pluribus dicitur in floribus id est
quod secundum nomen principatuum. hec vercellensis.
Ecce per hos tres ordines et gradus in-
fime ierarchie mentis humane fit
homo bene ordinatus respectu exteriorum dum pla-
ni et in infimis gradibus intellectus et affectus
fuerint bene ordinati quod fit dum sibi
oblata simpliciter apprehendunt discrete
discernunt sive bonum appetunt et
malum fugiunt. vn. le q. So. sim-
pliciter dicit beda mens quod tota sibi
vendicat semper boni et odium mali
hec est reformatur ad sapientiam. Quar-
tus ordo vel gradus qui est infimus in
media ierarchia mentis continet vo-
luntarios motus intellectus et affectus li-
bero arbitrio iam excitatos dis-
cretam boni et mali cum deliberatione
rationis exsurgentes et ordinantes in-
tentum quod est in ipsis per diffinitam senten-
tiam ad appetendum et querendum totis
viribus intellectus et affectus summum
bonum et ad repellendum omnia obsta-
cula. Nomen ergo potestatis sortitur ordi-
nem. secundum dyonisium. Quintus ordo qui
est medius medie ierarchie mentis
continet robora virtutum valida na-
turalium et gratuitorum ad exse-
quendum fortiter quod a potestatibus pre-
dictum est quod notatur nomine virtutum.
Sextus qui summus est in media ierarchia
mentis continet auctoritatem iam li-
beri arbitrii. qua apices intellectus
et affectus tota virtute suspenduntur
ad suscipiendum divinos superadventus
quantum possibile est libero arbitrio adiu-
to a gratia. Et huius suspendii et
imperii ac libertatis sublimitas notatur
nomine dominationum. In isto autem
ordine mens ad hunc sola extenditur
ad radium superiorem usque ad sum-
mos nature terminos et infra mensu-
ram contemplatam. de celis serenati
v. gradibus contemplationis predictis in
culmen sexti etiam figens in or-
dine dominationum mentis in theologia
excellens cupit se in ordine chorum
mentis altissimum. hec vercellensis. hic gradus
est superior [illegible]. Ecce per hos
tres gradus medie ierarchie mentis
humane fit homo bene ordinatus respectu
interiorum id est quantum ad seipsum. ita ut tamen
regiminis esse pacificum. duplici
per gradum infimum potestate ordinata

Per hoc ordinatur respectu inferiorum. In suprema autem mentis ierarchia sunt throni cherubyn atque seraphyn

al' distincte

viliter repelluntur cum offendicula mentibus bene ordinate et deo conformato presentetur ut sine ulla ordinis confusione et perturbatione tendat ad finem ultimum ad quem creata est. Et dum secundo per gradum medium mens virtute validat et intuita exsequitur omnes operationes intellectus et affectus deo conformiter ad finem est ... iuxta gratiam et virtutes a deo acceptas. Et dum tertio per gradum summum medie ierarchie plena libertate et nullo impedita et deo conformiter ut possibile est intellectus et affectus cum omni facilitate sua libere et eterna extenduntur. Igitur ordinatio interioris hominis est necessaria quia sicut Hugo dicit super 3 angelice ierarchie: Sicut sine gratia operari vanum est, ita preter ordinem operari aut contra ordinem perversum est. Et ideo sic dicit Hugo ibidem: Ordo est potestas a deo tradita ad disponendum ... omni potestati sue subiecta. Ideo homo interior ordinatur per istos tres gradus sicut et ordinantur res exteriores.

¶ Quartus ordo qui est infimus in summa mentis ierarchia per mentis excessum susceptivus divinum est super adventus unde thronorum nomine censetur. Et quia sunt mentes huius vel capacitates ille super solis radios super simplices in eo vel multiplices in efficacia ut sint throni mentis. Thronus enim in quo collocatur stabiliter et sunt susceptivi divini super adventus et sunt dei ferre et familiariter apta addere se suscipiendum. Unde Vercellensis hunc ordinem dicit subsellia dei id est sedilia a sublevando per dignitatem collocantur per stabilitatem divinum adventum in se suscipiunt et ferunt quasi ad susceptiones apti.

¶ Octavus ordo ... qui est medius in summa ierarchia mentis sicut dicit Vercellensis convenit cum modo cognitionis ... affectione et affectus attingit ... affectione tamen et summitate intelligentia attingit non extendentis simul cum ... coalbulant ipse affectus et intellectus usque ad novissimum defectum intellectus qui est in summitate huius ordinis cherubim quia intellectus et affectus non extendit sed ibi habet sive cognitionibus et simul luminis consumatione unde ordo sive gradus ille cherubim vocatur et cetera. Et secundum angelicam ierarchiam cherubim dicitur quasi manifestatio in contemplatione huius nominis cherubim significat quod sub illo ordine sive gradus habent virtute excellenti contemplativa et divinorum misteriorum inspiratione et superne influxionis luminis divinorum post seraphim susceptivum et contemplativam principalem divina pulchritudinis quia et ... in ...

¶ Nonus gradus sive ordo qui est summus in summa ierarchia mentis continet principaliter in divinum suspiria super intellectuales extensiones et immissiones fervidos fulgores et fulgidos fervores ad quos omnium sublimes excessus et excedentes sublimitates intelligentia cherubim non potest sed solus principalis affectus deo unibilis sequitur. In hoc ordine offeruntur orationes castissime quibus deo assimilantur iste ... do sponsum amplexatur et sponsi amplexibus admittitur. Speculum nescit ... portionem percipit que non auferetur Luce x. De isto ordine sive gradu contemplativo inferiores ordines et gradus seriatim id est ordinate fluit divini fluminis inundatio iste. Ecce per hos tres gradus summe ierarchie mentis humane fit homo bene ordinatus respectu superiorum sive respectu dei. Dum primo per gradum infimum omnes thronum sive mentis capacitates deo aperiuntur et ab ipso inhabitantur. Et dum secundo per medium gradum omnes intellectuales actiones ad divinum contemplandum continue quantum possibile est et variat dirigunt. Et dum per supremum gradum omnes voluntatis affectiones ad deum diligendum totaliter et finaliter et fervent(?) reducuntur ut deum in omnibus et omnia in deo ordinate diligat. Et hoc gradu fuit anima contemplativa constituta cum dixit illud Canticorum: Ordinavit in me caritatem, quod exponens Vercellensis dicit secundum ordinem seraphicum omnes inferiores ordines sive gradus participant lumina divina et ierarchie disponuntur id est

intellectus acti ~~et affectu acti~~ ti divine digna in simplicitate summitate

inferiora exteriora per media interiora
reducuntur et superiora secundum dominum ordi-
nata caritate vel bene dicat ordi-
nauit in me caritatem. Contemplacione

Richardus eciam in libro de contemplacione libro 1°
c. 6. ponit 6 gradus vel species
contemplacionis. quasi quasdam dispo-
siciones et itinera ad eternitatem.
Et sic quasi imitator dyonisii infi-
mum gradum contemplacionis ab infimo
gradu intellectualis et affectualis opera-
cionis. que sunt simpliciter apprehensi-
ones incipit et instituit et ascendere
gradatim docet per cacumina
collium eternorum usque ad summos
apices intellectus et affectus ut supra
patuit. Ita Richardus ponendo 6
gradus contemplacionis constituit
primum gradum et infimum in ymagina-
cione que non est aliquis gradus intellectua-
lis operacionis. sed longe inferior est
intellectu et affectu et ab illa ascendit
gradatim usque ad cogitacionem
increate veritatis. omnem huma-
num intellectum excedentis et cetera usque
ad excessum humane mentis. Unde
Richardus li. 9 c. 4 dicit sic. Nos de-
bemus a novissimis incipere
et scale nostre promocione paula-
tim sublevari et per exteriora no-
ticiam ad invisibilium contemplacionem
ascendere. Cum enim exteriora sacris
apprehenderimus et eorum doctrina
excitatos nos habemus debemus
ad altiora ascendere et spiritualia cre-
aturis scilicet comparare. Hic primum
gradum sive infimum Richardus dicit
esse in ymaginacione et secundum solam
ymaginacionem. Unde c. 6 dicit sic.
Tunc contemplacio nostra in gradu yma-
ginacionis versatur et secundum solam
ymaginacionem formatur quando ni-
chil argumentando querimus et ratiocinando investigamus. sed libere mens
nostra huc illucque discurrit quo eam
in hoc genere spectaculorum ad-
miracio rapit quando ex
hiis que sensu corporeo hauriuntur
dum ymaginamur quod sit multa
varia et pulchra et iocunda. talium
enim forma et ymaginacio in con-
sideracione adducta infert

stuporem et admiracionem. Sed notandum
est secundum Ricardum quod duplex est ymaginacio
alia est bestialis. ut illa que est circa
ea que ante vidimus vel fecimus
sine utilitate et absque omni delibera-
cione huc illucque vaga mente
discurrimus. Hec utique bestialis est
et ideo ad contemplacionem non pertinet.
alia est ymaginacio racionalis
ut cum aliquid ymaginamur racio-
nabiliter. Ex hiis que vidimus et
illis sepe utimur in contemplacione.
Et ideo licet ymagina-
cio non sit aliquis gradus in-
tellectus est tamen ordinata disposi-
cio ad intellectum. quia sic dicit Ricardus
ymaginacio racioni famulatur et
ideo aliqualiter gradus contemplacio-
nis dicitur. Secundus gradus contemplacionis
secundum Ricardum est qui in ymaginacione
quidem consistit tamen secundum racionem for-
matur. Ad quem procedit racio cum a-
do. Circa ea que ymaginacione
presentantur quod fit cum ea que yma-
ginacione versamus que ad primum
gradum contemplacionis pertinet. racione
querimus et invenimus et inventa in conside-
racione cum admiracione addu-
cimus. In primo itaque gradu
res istas ymaginamur. In se-
cundo autem isto scilicet gradu racionem utili-
tatis racionem et ordinem et cete-
ras condiciones rimamur speculamur
et miramur. Hec itaque contemplacio in
ymaginacione consistit. secundum tamen
racionem quia circa ea racionando
procedit. Et iste hic gradus est superi-
or precedenti gradu eo quod racio in
eo operatur licet tamen in ymaginacione
consistat racionem. Unde dicit in libro de spiritu
et anima. quod ymaginacio ad racionem
non ascendit. sed infra remanens
eam aliqualiter deducere potest et consi-
deracione quidem ostendit ad quod non per-
venire et ideo bene ponitur gradus con-
templacionis eo quod per eum spiritus huma-
nus magis ascendit et appropinquat ad co-
gnicionem vere contemplacionis quam prece-
dens gradus. Multa enim racio con-
cludit ex ymaginacione occa-
sione accepta que continue as-
sistit racioni famulando et semper
absque sive quiescente ut patet.
Tercius gradus contemplacionis ut dicit
Ricardus est qui in racione secundum yma-
ginacionem formatur. isto autem

ut supra de ymaginacione dicit magister
Ricardus in libro 4
de beniamin
c. 16 quod ymagi-
nacio

gradu contemplationis veraciter tunc utimur. Inquit Rich[ardus]. Cum rerum visibilium similitudine in rerum invisibilium speculatione sublevamur et cetera. Hec vero speculatio in ratione consistit quia huius solum que ymaginatione excedunt per intentionem et investigationem innititur ut que sunt invisibilia. Dicitur autem ideo secundum ymaginationem formari quia ex rerum visibilium ymagine in hac speculatione similitudo trahitur unde in rerum invisibilium investigatione animus adiuvetur. Et hic gradus perfectior est precedentibus ex eo quod iste se extendit ad contemplationem invisibilium et spiritualium licet ex ymagine visibilium similitudinem trahat in suum adiutorium. Unde Rich[ardus] libro beniamin c. 4 dicit sic. Cum receptum sit quia visibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Manifeste colligitur ex hoc posse quod ad invisibilium cognitionem nunquam ratio assurgeret nisi eam ancilla sua ymaginatio videlicet rerum visibilium formam representaret. Per rerum namque visibilium speciem surgit ratio ad rerum invisibilium cognitionem quotiens ex his ad illa quandam trahit similitudinem sed constat quia sine ymaginatione corporea nesciret [illegible] cognitione ad celestium cogitationem vel contemplationem non ascenderet. Quartus gradus secundum Rich[ardum] est qui in ratione et secundum rationem formatur. Quod utique fit dum remoto omni officio ymaginationis solum illis animus intendit que ymaginatio non novit, sed que mens ex ratione colligit vel per rationem deprehendit. Tali autem speculatione tunc innititur quando visibilia nostra que per experientiam novimus et ex intelligentia capimus in consideratione adducimus et ex eorum consideratione in celestium animorum et supermundanorum intellectum contemplationem assurgimus. Sed hec autem contemplatio in ratione consistit quia sensibus remotis solis intelligibilibus intendit. Et hec quidem contemplatio ab illis utique invisibilibus minus videtur distare sive et fundamentum tempore quo humanum animum constat per experientiam intellectualem nosse et per communem intelligentiam comprehendere sed tamen prohibet preter hanc contemplationem et nocte recte consistere. Dicitur quia ipsa invisibilia nostra a ratione comprehenduntur et ideo proprie ratiocinationis modum minime supergrediuntur. Hic iste hic gradus contemplationis perfectior est precedentibus eo quod tantum a corporalibus quam a temporalibus magis elongatur et spiritus ideo magis purificatur et eternis unitur. Unde Rich[ardus] dicit idem quod in hac contemplatione animus humanus primum pura intelligentia utitur quia remoto omni ymaginationis officio ipsa intelligentia nostra in hoc primum negotio semetipsum per se operatur et per speciem contemplatur hic iste. Quintum gradum contemplationis esse dicimus qui est supra rationem sed non preter rationem. In hanc autem contemplationis speculam mentis sublevatione ascendimus quando ea ex divina revelatione cognoscimus que nulla ratione humana plene comprehendere valemus et nulla ratiocinatione nostra integre investigare sufficimus. Talia sunt illa que de divinitate natura et illa simplici essentia credimus et scripture divine auctoritate probamus. Sed contemplatio ergo nostra tunc veraciter supra rationem ascendit quando animus per mentis sublevationem cernit quod humane capacitatis metas transcendit. Est supra rationem non tamen preter rationem consideranda est cum ei quod per intelligentiam cernimus humana ratio non potest contraire cum per quas facile acquiescit et sua attestatione alludit huic iste. Et hic gradus est perfectior et sublimior precedentibus gradibus eo quod iste contemplatio est supra rationem. Circa quod nota secundum Rich[ardum] li. e. de contemplatione c. 2. Quedam sunt infra rationem ut que sensu corporeo percipiuntur; quedam secundum solam rationem sunt ut que ratione investigamus; quedam supra rationem sunt ut que per revelationem discimus vel que nullus sensus corporeus potest attingere et nulla ratio humana penetrare sed tamen veraciter ea esse credimus licet nec experimento nec intellectu comprehendere possimus. Sextus gradus contemplationis est qui

compungit ac memorabiliores actus precedentium quos sibi delectabili meditacione depingit et ad proximi dilectionem contemplatis eius virtutibus accendit. Patet quod hunc affectum constat esse perfectiorem et in deo non modicum virtutis meritum est ipse amor virtutis. Ex quo ad actum virtutis excitabimur. Sed ille ab isto affectu differt affectio caritativa. Quia iste intermediante ab exemplis exterioribus oritur et ad amandum excitatur affectio vero caritativa a spiritu sancto ad amandum et peccatores inflammatur et bonorum exemplis multo clarius afficitur ut patet per apostolum et alios sanctos. Quintus est affectus spiritualis qui dictus quia vel a spiritu immittitur vel a spiritu oritur vel a spiritu inspiratur et hic est triplex quia quandoque immittitur a spiritu maligno quandoque oritur a spiritu humano et quandoque inspiratur a spiritu divino et sancto. A spiritu maligno affectus immittitur ut dicit hugo ibidem cum incitat aliquem ad vitia illo affectu amon filius david in plebe in sororis exarsit amplexus. Istum quoque affectum misit in corde iude ut dominum traderet. Illo affectu inclinat ad quem tempora vini propheta spiritus fornicationis decepit eos. Ex hoc affectio caritativa distat ab illo planum est quia illi contrariatur. A spiritu autem humano tam ex viciata ingenuitate quam ex studiosa et excitata acquisitione oritur quandoque affectus amorosus ad summum bonum diligendum quod est summe appetibile et sufficientem affectionem caritate sit gratuite. Item si attingatur maximus gradus caritatis ab testatur veritate in eo quod est ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Similem gradum ex puris naturalibus invenimus multi omnino disse unde augustinus libro 1° de civitate dei c. 18. narrat quod multi utilitatem rei publice proprie vite preponebant et exemplificabat de hoc 18. libro c. 18. Et tullius libro 1 de officiis dicens quod duo cavenda sunt precepta platonis volentibus rei publice preesse. Primum ut utilitatem civium sic tueantur ut quicquid agunt ad eam referant obliti commodorum suorum. Secundum preceptum sunt ut totum corpus rei publice curent principaliter ne dum aliquam partem tueantur reliquas deserant etc. A spiritu vero divino affectus caritatis infunditur ut patebit. Qui licet in multis differat a predictis tamen et in multis conveniat cum eis. Propterea quod difficile est distinguere inter istas affectiones scilicet caritativam naturalem vel acquisitam propter similitudinem actuum earum. Et tamen ista habitus differunt quod est. Primo quantum ad originem quia caritas gratuita a solo deo infunditur supernaturaliter. Unde Ro. 5. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. Illa autem scilicet naturalis per naturam cum homine nascitur et altera per exercitationem acquiritur ut patet. Secundo differunt quantum ad substantialitatem quia caritas gratuita est unificativa purior et ferventior quia nunquam est sine spiritu sancto qui dicitur idea. Neutra illarum vivificat. Tertio differunt quantum ad formalitatem quia caritas gratuita alias virtutes vel habitus informat et perficit ut dicit ambrosius. Vero quod autem illarum manet informes et imperfecte sine ista ut patet 1 cor. 13. Quarto differunt quantum ad finis capacitatem quia caritas gratuita spiritum humanum a culpa educit in gratiam conducit vel ad unum finem perducit ad eternam beatitudinem inducit et deo unit et in gaudio perhenni et iubilatione confirmat et perficit ibidem unde Rabanus in quodam sermone dicit sic. Caritas sive amor divinus est ignis in meditatione mentis purificans a sordibus viciorum. lux est in oratione mentis irradians claritate virtutum. Mel est in gustu actionis mentis dulcorans dulcedine divinorum beneficiorum. Vinum est in contemplatione mentis sua inebrians

ut

.6.

Rabanus

ꝛ iocunda dilcōne. ¶ Sol ē i celo b
na beatudie mente clarificans
semissio luce ꝛ sua inissio ca
lore exhylarans ineffabili gau
dio. In phem iubilacone. R.
ille. Nulla istoꝝ pficit sine
caritate nc naturalis amor nc
acquisita dilcō. bn sup cant
s. 40. z distinguit dicens. Est
affectio. quam caro sine natura gig
nit. Est affectio quam ro regat.
Est affectio quam sapia condit.
Hec ultima prima eleuat. Sz
remunerat. prima quidē ē dul
cis. Sz turpis. Scda ē sicca. Sz
fortis. Tercia ē suauis ꝛ pin
guis. qui gustat Qm suauis
ē dns. hic ille. Certa tn
dria i istis no pt experiri.

Quarto igitur videndū ē qbz
signis vl coniecturis cari
tatis affectio ut a deo inspirata
ē aliquatenus agnoscatur. Circa q
sciendū ē q cōius magistri in
sentū. li. notificatiue intell
hitū caritatis. dicens caritas
ē vt9 gratuita voluntate i esse
sedo pficiens in ordine ad actū
diligendi prompte ꝛ faciliter
ꝑ se ꝛ sup oīa summū bonū. Et hic
notificatiū p coꝛ act9 tn ut
sup patuit qꝛ act9 caritatis ꝛ
act9 amoris naturalis ꝛ acquisite
dilcōnis sūt simillimi ideo non
possum9 certitudinaliter scire vtrū
habeam9 habitū caritatis affectionis
q9 nō absqꝫ roble tu a deo credi
natū est ꝛ ideo oportet nos esse
contentos aliquibus signis ꝛ coniecturis
quibus aliqualiter confidamus nos ha
bere caritatē gratuitā. Et
quia ista signa ꝛ coniecture oriū
tur ex actibus caritatis quorum a
liqui ab ipsa caritate eliciuntur
aliqui ab ipsa imperantur ꝛ hoꝝ alia
sūt caritatis incipientis ꝛ alia sūt
caritatis pficientis ꝛ alia cari
tatis pfectoꝝ ꝑꝑ quod sci ꝛ doc
tores aliqua dant. aliqua de signa
caritatis iam grate sic infuse
ut dt. bn. i s. de oibz scis sūt
questiōe q ibi enumerat d. sic

Nota

¶ Primū signū caritatis gratuite
infuse. ē dolor de culpa pterita
Racio huius ē qꝛ caritas ꝛ culpa
mortalis opponunt ꝛ ideo simul
stare no pnt i eadē volunta
te. sicut qm caritas ē i voluntate
expellit culpam p dolorē contritionis
vn ait ꝛ emiel. s. sup. 10. dt. Sic
Radix oim bonoꝝ ē caritas ꝛ
radix oim maloꝝ ē cupiditas
ꝛ simul ambe esse no pnt. quia
nisi vna radicit9 euulsa fuit
alia plantari no pot. sicut dolor
contritionis de culpa signū ē hitē
caritatis. cū vtrumqꝫ simul i voluntate
esse no posse. ¶ Scdm signū
caritatis gratuite scdm. bn. ibidē
ē firmū ꝑpositū cauendi futura
pccā cū effectu. Cui9 ro ē quia
hre ꝑpositū cauendi oīa pccā
mortalia cū affectu nc p amo
rem naturale nc p acquisita dilec
cone pt dm quis habere sine gratia
siue caritate adiuuante. vn aug
li. 1. retractac. c. 6. dt. q voluntas
ipsa nisi gracia dei liberetur a seru
tute q facta ē serua pccī ꝛ p gra
ciam adiuuetur recte pieqꝫ viui
no pot. a mortalibz licet n. ꝑpt
libertatē arbitrij posse vitare
qlibz mortale singulatim no tn p
i firmitatē pot dm oīa i cōi
vitare quin i aliqd incidat. ls
dm esse sn mortali pccō signū
ē caritatis iam hitē sn mortali.
sn consciencia mortali ¶ Terciū signū
caritatis gratuite scdm. bn. ē delecta
cio i auditu diuini sermonis. racio huius
est. qꝛ amantes delectant i sermo
nibus amati. siue sint sermones
inspirati siue sepius exteri9 ut
ex illis capiunt experimentū
suoꝝ affectuū. quos caritas si
lencio tegere no pot. vnde enim
amatum ... ē ut ait crisostomus
more suo silencio tacere nequit
vn ꝛ Gilbert9 porretan9 sup cant
s. 14. dt. ideo caritas i spiracione
i. interna allocucione no contenta
sacri sermonis institucione vehe
menter ... memorie exhibi
... vndiqꝫ memoriter ... vocife
dit. Sz nc huius contenta si vocife
rando clamat. sluitate dilecto

H° b̄n p totū

quia

Dilecta amore languco. ubi dicit glo[ssa]
tot. illis voluptatibus doc[et] ista fla
grans amore per alloquitur. Ex
his patet quod delectatio in au
ditu illo est signum caritatis ge
nite. Quartum signum caritatis
genite secundum Bernardum est promptitudo
boni operis. Ratio huius signi est
quia caritas est maxime operativa
eo quod ipsa est amor finis et ideo
imperat omnem actum ordinatum
vel ordinabilem ad hunc finem. primi
et gregorii in omelia super io. Si quis
diligit dicit. Nunquam est amor dei
otiosus. Operatur enim magna si est.
Si autem operari renuit amor non
est. et ibidem probatio dilectionis exhibi
tio est operis. Et Bernardus super cantica dicit
magna res amor est si ad su
um recurrit principium. Si suo ori
gini redditur. Si refusus suo fon
ti semper ex eo sumat unde iu
giter fluat. Promptitudo igitur opera
tio bonorum operum est signum cari
tatis habite hic iste. Quintum
signum caritatis genite ponit Aug[ustinus]
in libro de similibus ubi dicit quod contristari
de defectu spirituali aliorum et de
profectu spirituali aliorum letari
signum est caritatis. et Augustinus in una
epistola ad proponenses dicit qui non
dolet de malo proximi non est in eo
caritas Christi. Ratio huius signi
est quia secundum dyonisium caritatis actus
cum sit virtus unitiva. idem mittit
omnia liquefacere et in unum constringere ut
ipsa uniantur. unde gregorius super e
zechielem dicit sic. Ecce qualis est cari
tas quae diversitates mentium acce
dit contremat conflat et quasi in unam
speciem auri reformat. Sed hac
conflatione unitiva defectus
spiritualium impeditur et profectus per
ficitur. Ideo caritas facit de vi
no tristari et de alio letari
unde apostolus 1 cor. 13. dicit Quod cari
tas non congaudet iniquitati sed
magis congaudet veritati gregorius
et c. Ideo tristari de defectu spiritu
alium et gaudere de eorum profectu
signum est caritatis. Signa cari
tatis proficientis

Descendo quidem trahunt a
liqua signa caritatis iam ro
borate sic proficientis et licet mul
ta sint signa illius caritatis tamen
quaedam tantum modo sufficiat magis
nobilia. Primum igitur signum iam
roborate et proficientis caritatis
est frequens et iusta conscientie exami
natio non solum de peccatis morta
libus. Sed etiam de venialibus. ratio huius
signi est quia sicut caritas opponitur
peccato mortali. ita fervor carita
tis opponitur veniali. ut illum ex
pellat ab anima. ne spiritum sanctum dis
pliceat. qui omnes officinas
mentis visitat et mundat. Inde
gregorius in moralibus. Bernardus in sermone de pu
ritate dicit. Spiritus sanctus profecto
monet et docet. monet me
moriam. movet voluntatem et do
cet rationem nunc minima pale
am peccati in terra cordis quod possidet
habitaculum patitur residere sed statim
igne subtilissime circumspectionis
exurit hic iste. De quo igne
Ambrosius super illud luce 12. veni ignem
mittere in terram. dicit igne quod au
rea vasa domini dominus meli
orat. fenum vero consumat et sti
pulam. aurea vasa [illegible] sunt
ad ymaginem dei facte sunt
tres potentie secundum quas dei capaces
sunt ut dicit Augustinus 14 de tri
nitate quas ignis caritatis in
novat et perficit contra peccata defe
ctiva tamen materia quae minima
liquescendo consumit. Cum igitur frequens
conscientie examinatio sit a spiritu sancto
per fervorem caritatis. planum est
quod ipsa signum roborate cari
tatis est quae operit multitudinem pec
catorum. prov. 10. Secundum signum
proficientis caritatis est magne
concupiscentie diminutio. Ratio
huius signi est quia quanto caritas
diligens deum magis augmen
tatur. tanto magis homo a
cupiditate elongatur. Ex quo ipsa
concupiscentia mentium minuitur. unde
Augustinus in Enchiridion dicit quod minuitur
cupiditas caritate crescente donec
veniat ad magnitudinem qua
maior esse non possit. ubi enim non
est caritas. ibi regnat cupidi
tas. regnat et cupiditas [illegible]

vbi karitas non est ibi regnat cupiditas

quando desiderium et saporem boni veri
expellit. Qualiter autem sapor ma-
li sive cupiditas in homine oriatur
et qualiter per amorositatem sapientiam ex-
pellit. Require infra in 6. d. c. a.

Tertium signum caritatis proficientis
est spiritualium interiorum sensuum vitalium
excitatio. Racio illius signi est.
Quia sicut excitatio spirituum cor-
poralium signum est corporalis vite,
sunt namque quidam spiritus interiores in
corpore sicut dicit in libro de spiritu et anima
et Gregorius libro moralium dicit: Habitare in
corpore animam probant vitales
spiritus, ita habitare in anima spiritum
probat vita spiritualis in sua excita-
tione et aliis virtutibus probatur. Et
Bernardus super de piscibus dicit: Fidei vitam
opera attestantur. Sicut enim corporis
vitam ex motu suo sentimus, ita
fidei vitam ex operibus bonis agnosci-
mus. Quia sicut vita corporis
est anima per quam movetur et sentit, ita
vita fidei est caritas per quam opera-
tur virtutum et perficit. Hinc iste spiritus
ex caritate sive dilectione que est
vita anime secundum Hugonem de arr. a. Sen-
sus interiores vivificantur et ex-
citantur. Ideo profectus interioribus si-
ne spiritualis excitationis signum
est augmentate dilectionis. Que
omnia exercet in fine 1. ordinat de
hac excitatione sensuum 6. d. c. a.

Quartum signum caritatis proficien-
tis est studiosa mandatorum ob-
servatio. Racio huius signi est: Quia
observatio mandatorum vera sine
dilectione fieri non potest. Unde dominus
Jo. 14 dicit: Qui diligit me
sermonem meum servabit et pater
meus diliget eum et ad eum veni-
emus et mansionem apud eum facie-
mus. Quod exponens Gregorius in omelia
dicit sic: In quorundam corda venit
et mansionem non facit quia tempore
temptationis ab eo recedunt.
In quorundam corda venit et man-
sionem facit quia sic amore sue
caritatis divinitatis cor penetrant
ut ab amore tempore temptationis
non recedant. Qualiter autem in
caritate non proficiet qui fontem
dilectionis in se habet et in aliquo

gustaret. Unde Augustinus dicit sic: Tu
qui vitam requiris que post vitam hanc
promittitur. Quis est? Et hic etiam inter
amaritudines huius vite molestias
suavem iocunditatem degustabis. Si
eius qui eam promisit precepta
servaveris et dilexeris. Et sic patet
3m signum caritatis proficientis.

Quintum signum caritatis profici-
entis est divinarum veritatum mani-
festatio. Racio huius est signi
quia amor est causa communicationis
quia amicus revelat et communicat ami-
co suo secreta sua, quia non credendum
est ponere extra se sed in eo quem esse
ipso. Amicus enim meus est quasi alter
ego, ait quidam. Unde Richardus li. 2 de
contemplatione c. 14 dicit sic: Vis nosse
quam sublimitas divinarum reve-
lationum sit manifestum divine
divine dilectionis indicium. Audi iam:
Non dicam vos servos sed
amicos, quia omnia nota feci vobis
que audivi a patre. Quia ex magnitu-
dine divine dilectionis pendet mo-
dus divine revelationis. Et dicit
ibidem sic: Certum igitur signum
sit quod dilectum tuum minus diligas
et ab illo minus diligeris si ad
theorias excessus non dum vocatus
sequi merueris. Et hoc patet
quod crescente revelatione cres-
cit et dilectio. Et sic patet quintum signum
caritatis proficientis. Sunt tamen multa

Tercio quidem. Ita alia signa
tehunt aliqui signa caritatis
iam perfecte prout superius proficientis in via.
Quia sicut dicitur proverbiorum 4: Justorum
semita quasi lux splendens crescit
et proficit usque ad perfectum diem. Sic
perfecte caritatis. Et ideo sciendum est
quod in viatoribus duplex est perfectio
caritatis: una est integritatis et
sufficientie, alia est singularitate
sanctitatis et excellentie. Has per-
fectiones tangit Prosper li. 3
de vita contemplativa ubi dicit sic:
In hac vita perfecti sunt illi qui per-
fecte deum diligunt, qui voluntate
quod vult deus nullis peccatis offendunt,
acquiescunt et semper ad virtutes dilu-
cidas et habendas se extendunt.

Perfectionem tangit cum dicit

perfectione necessitatis qui volendo quod vult deus. Et hanc habent quicumque sunt in caritate. Et ad hanc perfectionem invitat dominus Deuteronomii 18 dicens: perfectus eris et absque macula coram domino deo tuo. [illegible] secundum est gradus perfectionem autem excellentie tangit psalmista dicens: Et super ad virtutes [illegible] se extendunt quia bona in epistola quidam dicit: indefessum proficiendi studium et iugis conatus ad perfectionem reputatur perfectio. Sed quia sicut dicit apostolus Ro. 7 velle adiacet michi perficere autem non invenio, ideo plena perfectio caritatis qualis est in patria nullo modo in via haberi potest. Propter quod signa talis perfectionis caritatis hic non queruntur. Sed signa perfectionis caritatis prout in via haberi potest queruntur. Et igitur notandum quod signa caritatis perfecte dupliciter considerari possunt. Quia quedam habentur quasi ex actibus exterioribus et quedam ex actibus interioribus. Et licet de utrisque multa possent assignari tamen de utrisque ad presens quatuor sufficiant. Primum igitur signum extrinsecum caritatis perfecte est si quis pro salute proximi mori paratus sit. Ratio istius signi potest esse talis. Quia sicut dicit Augustinus libro de gratia et libero arbitrio: parva caritas non sufficit ad implenda magna mandata ut sit mori pro proximo vel pro fratribus et cetera huius. Sed requirit ad hoc caritas magna id est perfecta. Unde super epistolam Iohannis Augustinus dicit: perfecta caritas hec est ut quis pro fratribus sit paratus et mori. Et Cristus exponens illud Can. 7 Ascendam ad palmam dicit: voluntarie patiendo probat quod vera sit amicitia et tanto est amor altior quanto ad patiendum pro eo voluntas est paratior. Hoc iste. Et dicit Ioh. 15 Maiorem dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ergo perfecta. Signum igitur perfecte caritatis est si aliquis paratus est mori pro salute proximi. Secundum signum extrinsecum caritatis perfecte est si inimicus diligitur et eis pro deo benefacit. Ratio huius signi est quia sicut dicit Hugo de archa: Amor transformat amantem in similitudinem amati. Magister potest non solum quantum ad substantiam sed etiam quantum ad operationes arduas et difficiles. Cum igitur deus amat et diligit inimicos et beneficiat eis sicut ipse ostendit Matthei 5 dicit: diligite inimicos vestros benefacite eis ut sitis perfecti sicut et pater vester perfectus est. Et hoc non potest fieri per quamlibet dilectionem sed perfectam. Quia dicit Augustinus in Enchiridion quod talis dilectio perfectorum est. Et ante semper tenuit dominus in exhibitione pietatis probatur magnitudo veri amoris. Ideo istud signum verum est si diligit inimicos propter dominum dilectum. Tertium signum extrinsecum caritatis perfecte est si omnia adversitatia gaudenter suscipit et patienter sustinet. Ratio huius signi est quia caritas perfecta mentem ab amore huius vite et totaliter extinguit occidendo et insensibilem reddit contra penas temporales et mortem atque penitus facit. Unde Gregorius omelia 9 dicit: sic fortis est ut mors dilectio quia sicut mors corpus interimit sic caritas vite eterne ab amore temporalium mentem [illegible] vel occidit. Nam mentem quam perfecte caritas absorbuit ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. Neque sanctus quilibet pro Cristo mori potuisset in corpore si prius a terrenis desideriis in mente mortuus non fuisset. Hoc ille. Caritas enim omnia sustinet ait apostolus 1 Cor. 13. Unde apostoli ibant gaudentes a conspectu consilii et cetera. Ex quo patet veritas istius signi. Quartum signum extrinsecum caritatis perfecte est si omnibus renuntiare paratus sit et sequi Christum. Ratio huius est quia perfecta caritas omnia renuit que eius officium impediunt. Unde apostolus: Omnia arbitratus est ut stercora ut Cristum lucrifaceret. Sed temporalium cupiditas maxime impedit officium caritatis. Dicit enim Augustinus libro 83 questionum 36 quod caritatis venenum est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium

E F P H

caritatis v
ff

b.

7 nutrimentu caritatis e [illegible] minuti
cio cupiditatis. pfecto vero
caritatis e ubi nulla e cupiditas
de hoc dicit greg. 8. li. mor. c. 19. sic.
Sunt non nulli iustorum qui ad ap
prehendendu culmen pfectionis dum
altiora alti9 appetunt exti9 cuncta
derelinquunt qui rebus habitis se nudant
gloria honoris se exspoliant
qui desideriorum internorum assiduita
te se affligunt. Delectioribus conso
lone habe nolunt quibus paul9
dicit. Mortui estis 7 vita vestra
abscondita e cum xpo in deo. hic
Et sic patet qd renunciacio
omnium 7 sequi xpm cum voluntate
faciendo signu e pfecte caritatis
unde io. 1. canonica c. 2. dicit. Qui
servat verbu dei vere in eo cari
tas dei pfecta e. Quintu signu
extrinsecu caritatis pfecte e. Si
nichil aliud qd solu dm timu
erit. Racio istius signi e. Quia
sic dicit io. prima epla. c. 4. p
fecta caritas foras mittit timore
Quem exponens gilbertus porreta9
18. dicit sic. Caritas xpi est
q carret livore. sed caritas xpi
caret timore. hec n. nichil pe
nale habet. timor autem penam
habet. igitur in xpi caritate non
erit timor pfecta finaliter sequitur

Quid enim timebit caritas
veteres offensas que multitudinem
peccatorum operit. Quid in futuro tempore
pie conscientie timebit ne decidat.
Quia fortis ut mors e dilectio
Quid temporales p xpo tribulat
molestias formidabit. Tamen
nec quidem eciam si eterne fuerint
defatigari aut ... enim nescire
potest dilectio consumata i. pfecta.
non ideo amat caritas ne pereat
sed maluit foris in eternu perire
penaliter qd quam ... usu ... a
moris eternaliter hic. Ex hiis
patet potest qd timorem caritas
expellit pfecta. et cetera. Quidam autem
ponunt signa istius amoris cor
porea ut faciei pallorem corporis
languorem actionibus corruptoris
7 huiusmodi. Sed illa sunt signa
tam amoris qm carnalis qm

spiritualis ut concordiam patet

Ultimo videndu e de signis intri
nsecis caritatis pfecte quia multa
sunt n. quedam actiones caritatis
pfecte quia multum minuentes a caritate
te eliciate vel i operate. Et illa sic
signa quanto intimiora tanto viden
tur. Quanto n. caritas e pfectior tanto
e acucior 7 ad intima pertingens
ut patet p hu. super. c. angel. ier. 7
ideo intimiores 7 pfectiores eliciat
actus. Primu signu quod intrinsecu
caritatis pfecte sunt p funda in
tima mentis suspiria. Racio istius sig
ni. potest esse talis. Quia a quo memo
ria rei amate intima mentis
amantis tangit. statim suspiria a
morosa quasi quedam nuncios amoris
expellit. donec eam presencia dilecti
visitet 7 reficiat. unde 7 greg. 4. li
mor. Adducitur illud iob. antequam co
medam suspiro. dicit enim ad ipsi
tum fulgoris internum suspiriis
vegetata convalescit que eam amor
voluntatis afficit 7 refectione contempla
cionis pascit. Tepidus autem amor p
fectus quia patet qd intima suspiria sunt
signa caritatis pfecte. Idem dicit
etiam Richardus in. Secundum signu
intrinsecu caritatis pfecte sunt alta
desideria. Racio huius signi e. Quia si
cut dicit aug. li. 13. confess. Omnia pon
deribus suis aguntur 7 loca sua pe
tunt. Gravia deorsum ut lapis
7 levia sursum ut ignis. hec extra lo
cum suum erunt. quasi inquieta. Sed ipse est
pondus corporalibus e amor in spiritibus
unde dicit ibidem. Amor meus pondus
meum eo feror quocumque feror. dono
tuo accendimur 7 sursum ferimur quia
quanto magis amor accenditur tan
to desideria amorosa pfectius sur
sum feruntur nec cessant. Donec ad lo
cum suum s. ad amatum dm perveniunt
unde sequitur inter de ... 7 minus
7 ascendimus p ascensiones in corde
ad pacem iherusalem. Similiter dicit hugo
super 3. angel. ier. 7 greg. li. a. mor.
dicit. Sic sancta omnis cum desiderio eter
nitatis anhelat in tanta altitudine
vite se sublevat ut audire tam
qm mundi sunt quasi sibi ac dominio
pondus tradat. valde enim intolle
rabile estimat. quicquid illud non sonat
qd intus amat. Bequiritur 7 multipli

nota optime

Timor

... nota ...

tanta caritate mitioribus desideriis
estuaverit etiam procurare ad vitam
spiritus et per cruciatus corporis anhe
lant. Ex quo patet quod alta de
sideria et summum desiderabile solum ten
dunt signa perfecte caritatis sunt
idem. dicit Richardus in tractatu de caritate.
Tertium signum consecutivum caritatis perfe
cte sunt cogitationes languide. Ratio
huius signi est ista fulgentius in quodam
sermone de ... Necesse est ut quo
processerit dilectionis thesaurus et amantis
illic sequatur cogitationis affectus
id est desiderium amorosum. Ideo veritas
ait. ubi enim est thesaurus tuus ibi
et cor tuum erit. Bernardus ut ergo the
saurizemus celestia diligamus
unde non posse ubi thesaurizas
attende quid amas. attende et quid
cogitas et ita fiet ut thesaurum
tuum ex tuo amore congestas et a
morem tuum iudicio tue cogitatio
nis intelligas. hec ille. Si ergo coga
tationis affectus est ubi est thesau
rus amoris id est amatum plenum
est quod cogitatio fastidit omne ali
ud ab amato. unde glossa super
cantica 4. Adiuro vos ut nuncie
tis dilecto quia amore langueo
dicit sic. per magnitudinem amoris
omnia tempora sunt michi fastidio
unde languens languor autem iste
causatur ex amore perfecto. unde cir
ibidem distinguunt inter amorem simp
licem ardorem et languorem dicentes.
amant igitur incipientes ardent
proficientes languent perfecti. igitur co
gitationes languide sunt signum a
moris perfecti. sic dicit Richardus. vide i.
Quartum signum consecutivum caritatis perfecte sunt
exspectationes tediose. Ratio huius
signi est quia sicut dicit lyncon. super ga.
gal. 19. Amore tendente nichil ama
ta nichil velocius nisi acutius vel
subtilius. et nil penetrabilius quia sua
natura non quiescit donec supernaturali tota
penetraverit per profunditatem et per tran
sierit amabilis corporalitatem
quod potest. Et ideo quicquid eius iste ado
ris impedit vel retardat quasi ille
citius tota mens turbatur et exspec
tatione attediatur. Unde sic dicit

Richardus li. 2 de contemplatione c. 14. Aman
ti omnis mora nimis longa videtur
et exspectatio onerosa. ut cla
mat cum Job sancto. Tedet animam
meam vite mee. Unde exponens
Gregorius 9 moral. dicit sic. Presens
vita vilescere id est tedere incipit cum
divinus amor dulcescere cepit id est
perfici. Unde amans perfecte cum
tedio quodam fastidit omne quod
cursum amoris impedit. Et ideo
Gilbertus porretanus S. 18. dicit sic
Amor externarum occupationum
impediens impaciens est suis satis
habet in suis negotiis otio gau
det quiete fovetur. Ad internam di
lectionem libera et pura habere volens.
Bernardus. O quam durum est amanti ani
mam dividere cum Christo et cum mundo
et quam durum est in dilectionis unica pe
regrinas admittere curas et celeste
secretum secularibus infestari turbis.
Bernardus. amor nil magis vult quam
amare. hec ille. et sic patet quartum signum
caritatis perfecte. Quintum signum
consecutivum caritatis perfecte sunt af
fectiones extatice. Extasis autem
est excessus mentis. ait papyas.
Ratio huius signi est hec. quia sicut dicit
Dyonisius 4 de divinis nominibus. amor in deum
tendens est faciens extasim spiritus
et reddit rationem ibidem dicens
quod amor non permittit amatores
esse suorum ipsorum per mentis sabbeta
te. sed eorum qui amantur primitus
excessum. Et illi qui suorum non sunt sed
aliorum ex se sunt. Unde sic dicit
Hugo li. de ptct. dis. Verumtamen
non est preciosior spiritus vester ubi a
nimat quam ubi amat. quod tamen in
telligendum est quantum ad conatum affectio
nis sue. hunc autem excessum non potest
facere nisi caritas perfecta que perfec
te in inchoatione causat tenden
tiam vehementem in rem amatam.
Unde ostendit Dyonisius ibidem per exemplum
dicens. Sic unde et Paulus in amo
re dei magnifice excellens dicit
Gal. 2. Vivo ego iam non ego
vivit autem in me Christus. Bernardus. hec ille
dicit. Sic verus amator extasim
passus vivet deo et non sibi. hec
exponens Vercellensis in prologo super can
tica. sic vivo ego vita naturali
iam non ego per imitationem extas

sua ad caritatis immensitatem qui
absorpta et suo officio suspensa di-
rigor et moveor · doceor et regor
vita supersubstantiali · cum vivo
qua repleor vivit autem in me christus
id est vita anima sola me regit na-
turaliter et disponit ad omnem actum
interiorem et exteriorem · Sic virtus christi cum
vivo gratuite me vivificat
et ad omnia disponit · Sequitur · Et dixit sic
verus amator verus autem amator
est qui et solum summe et vere dili-
gibile et desiderabile immediate
et propter ipsum solum super intellectualiter
tendit hic ille et sic patet · quintum signum
caritatis perfecte · Sunt tamen plura alia
signa caritatis perfecte · sed hec pro-
Quinto vi · De virtute sufficiant
Quaerendum est qualiter caritatis affec-
tio a sanctis et doctoribus per gradus
distinguatur · nota Augustinus super canonicam
Johannis · Sic nullus quod mox ut nascitur
caritas statim penitus perfecta est
immo ut perficiatur nascitur · et cum fuerit
nata nutritur · cum fuerit nutrita
roboratur · cum fuerit roborata perfi-
citur · Et cum ad perfectionem pervenerit
dicit · Cupio dissolvi et esse cum christo
Ex quibus patet quod in caritate sunt
gradus aliqui · Et quia Augustinus in una
epistola dicit · scilicet · Tanto nobis
melius quanto magis ad deum
imus et nobis melius est · Imus autem non
ambulando · sed amando quod tanto
habemus puriorem · quanto eundem amo-
rem · ad · cum tendimus pote-
rimus habere puriorem · hic ille · Et
quia maior et minor puritas secundum
gradibus caritatis invenitur · ideo
de gradibus est videndum · Et primo
ab infimis ascendamus ad medi-
os · per medios veniamus ad summos
quia ut ait gregorius · 22 · moralium · Nemo
repente fit summus · sed per gradus
ad summum pervenit · patet quod non est
Circa quod distinguunt gradus carita-
tis · sive amoris gratuiti · Incipi-
unt ab infimo gradu amoris
ascendendo usque ad gradus amoris
violenti · Et quidam alii docent
ascendere ultra per gradus amoris
violenti usque ad gradus amoris
seraphici · Primo igitur quidam
doctor ut caritativa mens supputante · Incipit ratiocinabiliter
ab infimo gradu caritatis sive

amoris gratuiti ascendendo per sex
gradus usque ad gradus amoris vio-
lentos sive vehementes dictos · Non
omnis ratio inducit languorem sive
vulnerat · sed vehemens amor ad quem
sunt vi gradus quos enumerat dicens
Primus gradus est amor incompatibilis et ille
est omnium electorum · Secundus gradus
est amor incontaminabilis et ille est
mundi contemptorum vel religiosorum · Tertius
gradus est amor infatigabilis et ille
est vigens perfectorum christi confessorum · Quar-
tus gradus est amor insuperabilis et ille
est christi martirum sive victorum · Sex-
tus gradus est amor insatiabilis et
ille est vigens desiderantium ut so-
litariorum · Post sex gradus dece-
sis scilicet amor violentus inducens
languorem · Primus igitur infimus gradus
caritatis sive amoris iste est amor
incompatibilis qui est communis omnibus electis quia
est tante virtutis quod omne peccatum
mortale ab anima expellit et deum super
omnem creaturam diligat et hic gradus
est necessitatis · ut dominus ostendit in ewan-
gelio mathei · x · ubi dicit · Qui diligit pat-
rem aut matrem plus quam me non est me dig-
nus · quia super omnia est diligendus deus
unde Anselmus monologion c. 80 · dicit quod
certum constat nichil deum diligere
nisi summa caritatem · aut propter istam
ratio istius est · quia in quo est summa di-
ligibilitas summe debet diligi · sed hec
deus · quare et cetera · Secundus gradus amoris
caritativi est amor incontamina-
bilis et hic gradus est mundi contemptorum
qui tante est virtutis quod
a mundana conversatione abstine-
ne mens polluatur et ne caritas
ab operatione impediatur · unde Johannes
in canonica c. 2 · dicit · Si quis diligit
mundum non est caritas patris in eo
quia omne quod est in mundo aut est con-
cupiscentia oculorum aut concupiscentia
carnis aut superbia vite · ratio
istius est · Quia ignis amoris ut dicitur
libro · 14 · de civitate · sequitur ethoge-
nea et omnis homo gemina sequitur
cum omne impedimentum animato · Ter-
tius gradus amoris caritativi est amor
infatigabilis et ille est vigens perfi-
cientium et christi confessorum · qui est tante
virtutis ut animam non sinat quiescere
donec inveniat quem diligat · unde
canticum 3 · In lectulo meo per
noctem et cetera · Surgam circuibo civi-

tate per vicos et plateas queres quem diligit anima mea. Que expositionem ostendit. Querendus est deus cum frequentia laboris non in lectulo, in luce veritatis non per noctes, fervore caritatis abita (?) inquisitione naturalis rationis. Ber. Bonus es domine anime querenti. Quia qui te amat te habet. Habet ut amet. Amat ut habeat et ne te tenuit perdat hic ille. Quartus gradus amoris caritati est amor inseparabilis, quia est assidue contemplativus, et hic gradus tantae est virtutis ut continuis stimulis agitet mentem contemplativam ad amplexandum dilectum. Donec tandem dicat: Inveni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Et Ber. dicit: Quis te non teneat domine Jesu qui tenetis spe fortificatus per famem decoras perseverantia adiutus renuntiatione perduras. Ego autem non dimittam te nisi benedixeris michi et numquam dimittam te quod videtur habuisse apostolus tunc dixit Ro. 8. Quis nos separabit a caritate Christi etc. Quintus gradus amoris gratuiti est amor insuperabilis, et hic est Christi martiris et adversitatibus non cedentium. Quia est tante fortitudinis ut dicat Aug. li. de moribus ecclesie. Nichil tam durum atque ferreum quod non igne amoris vincatur. Et Ieronimus in quadam epistola dicit: Nichil amantibus durum est. Nullus labor difficilis sequitur. Amemus et nos Christum et facile videbitur omne difficile. Ratio huius est. Quia sic dicit Aug. li. de sancta viduitate. Nullo modo onerosi sunt labores amantium, sed ipsi delectant, sicut venantium aucupantium et piscantium labores. In eo enim quod amatur aut non laboratur aut labor amatur. Amor autem reddit minus sensibilem, ut Hug. Sextus gradus amoris caritativi est amor insatiabilis, et hic est iugiter desiderantium et solitariorum. Hic gradus tante fortitudinis est ut nichil sibi sufficiat preter unum solum quod amat, et id quod semper amplius in hac vita sitit et desiderat. Ratio huius est. Quia sic dicit Rich. li. de caritate. Caritas ista semper invenit quod adhuc concupiscat,

possit. Quia quanto amplius accepit tanto amplius desiderat. Desiderium ardentis anime non satiat, sitit et bibit, bibendo tamen sitim ipsa non extinguit. Sed quo amplius bibit eo amplius sitit. Avidam immo insatiabilis anime sitis vel esuries non sedatur sed irritatur. Et post(ea) sequitur: Quid quaeso illo amore violentius et acrius cum sitim suam nec resistendo possit extinguere. Hec ille. Ecce quod iste gradus amoris nos extendit ad quandam violentiam amantis ut clamet cum psalmista: Sitivit anima mea ad deum fortem vivum etc. Unde Richardus de Sancto Victore ibidem dicit: Istis sex gradibus decursis, sequitur amor induens languorem, qui est septimus amoris violenti. Et ideo nunc de illo amore dicendum est.

De gradibus igitur violenti amoris loquens Rich. in tractatu suo de caritate dicit: Magna vis dilectionis, magna virtus caritatis. Multi gradus in ea, et eius magna differentia, quis eam distinguere digne vel saltem dinumerare sufficiat. Et dinumeratis aliquibus gradibus ibidem dicit: post hos tamen omnis gradus dilectionis est ille ardens et fervens qui cor penetrat et ~~medulitus~~ transfigit [marg.: vel medullitus] ut veraciter dicat: vulnerata caritate ego sum. Et sequitur: Cogitemus ergo que sunt supereminentiora caritatis Christi, que dilectionem penitus vincat, amorem preter affectum transcendit et extinguit, in super et summa in unum adunavit. O violentia dilectionis, O violentia caritatis, O excellentia et supereminentia caritatis Christi. Hoc est de quo loqui volumus de vehementia caritatis et supereminentia perfecte emulationis. Attendo ad ipsa violentie caritatis et invenio quod caritas vulnerat, caritas ligat, caritas languidum facit, caritas defectum inducit. Quid horum non violentum. Quid horum non validum. Hec ille Rich. in processu consequenter dicens: Primus ergo gradus violentie dilectionis est cum mens desiderio suo resistere non potest quia vincitur. Nonne tibi corde perfossus videtur quando ignitus ille amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat affectumque

turbabat minatum ut desiderium sui
estu cohibere omnino non valeat desi
derio ardet affectu fervet estu
at anhelat profunde ingemiscens
et longa suspiria trahens ut di
vulnerata caritate ego sum. Sed
nota quod amor violentus non vulne
rat amantes alios. Sed et celes
tes substantias. Immo et ipsum fon
tem amoris deum vulnerat. Unde
Bernardus. Exponens illud Cantici i.
Filii matris mee pugnaverunt
contra me. Sicut filii sunt substantie
superne civitatis ex qua ipsa ani
ma sive spiritualia percipit alimenta
pugnaverunt contra me pugnantes
enim corporalibus spiritualis acutis
mutuo se feriunt et pungunt
Sic mentes contemplative specula
tiones volatiles fervencia de
sideria subtilia et acute penetran
tia immittunt. primo quidem para
nimphos. prorsus eisdem pertransitis
in sponsum dirigunt sagittas ama
tas volatiles violenti scilicet amo
ris ut dicat vulnerasti cor meum
soror mea sponsa. Cantici 4. Et
sequitur Ex quo a diebus Johannis
regnum celorum vim patitur. Matthei
xi. Extunc enim regnum celorum
quasi violenter rapitur ab hiis qui
stimulo violenti amoris agi
untur. Mentes enim celestes
ad similitudinem pugnantium huius
spectationibus et desideriis occur
rentes lumbis feriendis et penet
trantes illos perfundunt et ad sum
et ad ipsorum excessum quasi ad quandam
spiritualem mortem provocant quod eli
git anima Job vii. Ut vivat vi
ta sponsi hec Bernardus. De signis
huius amoris Richardus ubi supra dicit
sic. Hec tibi anime vulnerate certa
sunt signa gemitus atque suspiria
vultus pallens atque tabescens que
omnia operatur amor vehemens. Sed
postea subiungit utilitates istius
gradus dicens. In primo isto gradu
spiritus ille super mel dulcis intrat
ad animam et dulcedine sua inebriat
eam interim ut liceat mel et lac sub
lingua sua et paulo post dicit sic
Hic est cibus ille celestis qui egre
dientes de egypto solet refice
re per solitudinem pascere. Hoc est
aliud manna absconditum quod nemo
scit nisi qui accipit non per doct

rinam sed per experientiam. Hic est ille dul
cor spiritualis et interna suavitas que
solet et lactare et alere et ad ma
turitatem paulatim producere et infra
Hic igitur existens primo dulcem
gradum agit ut dum mens sepe visi
tatur sepe reficiatur sepe inebriatur
quamquam ad maiorem audaciam provocatur
et ad secundum gradum violente caritatis
disponitur hec ille. Secundum gradum
amoris violenti. Inquit Richardus diximus
illum qui ligat sic primum diximus qui
vulnerat. Nonne aliquid vere et absque
ulla contradictione animus ligatus est
quando omnino obliuisci aut aliud
meditari non posse circa quod agat
quicquid dicat semper hec mente revol
uit perhennibus memoria reti
net. Nec dormiens somniat sed
vigilans omni hora cogitat. Unde fa
cile est comprehendere ut arbitror quo
modo hic gradus priorem gradum transcen
dit qui mentem hominis nec ad horam
quietam esse permittit. Sed hoc est certum
quod decimum est quod prior gradus sit ille qui
vulnerat. Secundus sit ille qui ligat
licet quod ligari quamque minus sit quam
vulnerari tamen maior violencia videtur
esse si postquam aliquis percussus decidit
deiectus apprehenditur apprehensus abdu
citur abductus incarceratur incar
ceratus attenetur atque ligatur.
Et iam ideo captivus tenetur.
hoc quo maius est violentius ille lib
est. Iste tamen a loco in quo detinetur rece
dere non potest. Sic utique qui ad hoc secundum
gradum violente caritatis absorptus est
quicquid agat quocumque se vertat ab illa
una et ultima solitudinis sue cura
non potest. quia ligatus est hec ille. Sed que
sunt vincula quibus spiritus sic animus
liber sit ligari potest. Respondens dicens
ibidem sic. Vultis audire de cari
tate ligante prophetam. Osee xi. dicit
In funiculis Adam traham eos in vin
culis caritatis. Sed quid sunt isti funi
culi Ade primi parentis nisi munera
dei. In magna enim gloria creatus
fuit. Magna igitur sunt ista caritatis vin
cula nisi dei beneficia bona nature
bona gratie bona glorie his
enim beneficencie vinculis debitores
obnoxios nos fecit. Qua natura
condidit gratiam contulit gloriam re
promisit. Ecce funiculus triplex dif
ficile rumpitur. Sequitur. Adiecit autem
deus ad hunc nova vincla caritatis
manu valida multiplicare super
nos. ut nos sibi arcius astringat

que enumerari non possunt hec ille. Cui
huic concordat Vercellensis qui exponens
eandem auctoritatem dicit sic. In funiculis A-
dam traham eos .i. in vinculis carita-
tis. Ipse siquidem deus mentes in se
movet suo amore adunat quod sunt
in perpetua concordia quibus semper co-
gnoscitur. Unde et ille fuit qui
novit. Richardus quoque est concludendo dicit sic.
Sic in priori gradu degustata sua-
vitatis sauciat affectum transfigit
quod affectum. Sic in hoc secundo gradu in
spiritu caritatis cogitationes ligat
ut illius oblivisci vel aliud cogi-
tare non possit. videlicet illius alliga-
tur a salutis. Ecce 6. Cum ad tercium
tamen gradum violentia amoris as-
cendit qui omnem alium affectum ex-
cludit quando nichil preter unum diligat
sequitur. In hoc itaque tercio violente
caritatis gradu, quicquid animo satis
facere poterit preter unum. Sic et nichil
sapit preter nisi propter unum. Unum a-
mat unum diligat unum sitit unum
concupiscit ad unum anhelat. In
unum suspirat et in uno inardescit
in uno requiescit unum solum est quo
reficitur unum solum ex quo saciatur.
Nil dulcescit. nil sapit nisi hoc v-
no condiatur. Sequitur quod quicquid velit sperat
se offerret quodque sponte
occurrat cito conculcatur quod suo af-
fectui non militat vel huiusmodi
desiderio non deservit. Sed quid
huius affectus tyrannide dignum de-
bellat. quoniam omne desiderium expel-
lit. omne studium excludit. omne
exercitium violenter opprimit quod sue
concupiscencie deservire non proficiet
quicquid agat quicquid fiat quicquid cogitat
inutile immo intollerabile videtur
nisi in unum desiderium suum finem concur-
rat. Cum adfruitur putat eo quod diligat
omnia pariter se habere credit. Sine
illo autem horret omnia. Corpore
deficit. corde tabescit et languescit
at. Consilium non recipit. racionem
acquiescit. nullam consolacionem admit-
tit sed clamat cum sponsa. nunciate
dilecto quia amore langueo
Canticorum 5. Ait glossa. pre amoris ma-
gnitudine omnia temporalia sibi in fasti-
dio sunt. Tercius itaque gradus amoris
est quando mens rapitur in deum huius
abyssum ita ut humanus animus
in hoc statu exterior omnium oblitus

penitus nesciat se ipsum totus quod trans-
ferat in deum suum. In hoc itaque gra-
du conpescit plene eternaliter de-
sideriorum turba et fit in celo silencium
quasi dimidia hora. In hoc namque
gradu dum mens a se ipsa alienatur
dum in illud divini archanum secreti-
um rapitur dum ab illo divini amoris
incendio concuditur intime pene-
tratur et inflammatur penitus seipsam
exuit et divinum quendam affectum induit
et inspecte pulchritudini configurata
totam in aliam gloriam in hoc statu
adam. Illa quoque diligat totaliter
cui unum ut dicatur fulcite me
floribus stipate me malis quia
amore langueo hec ille. Scilicet non que
triplex est languor. primus est defec-
tus corporis ex intencione fervoris
caritatis unde glossa dicit. Sic iam
anima super deum confortata sic in a-
more dei ardet ut pre nimio a-
more languor terminis immineat
est deberet ex intrate mentis defecit
fortitudo corporis ait alia glossa
super Genesis 4. angelus tetigit ner-
vum. Item est alius languor caritatis
illud temporalium unde glossa ibidem
Quanto magis ad amorem sponsi se
attendit mens tanto ab amore
temporalium languescit. Item est alius
languor caritatis respectu tribulacionum
habens memor plagas suas sed
tamen quod in deum amancie influxum
debuis ebrius dicitur sic. O si scelera
gravescat sinus ipsum in spe et ne
visiones ut certo pressa in lascivitate
mundus fallax non involvat. Tri-
bulacio utilis cum custodiat. quo-
cum sinus in tribulacionibus est ipse deus psalmus
cum ipso sum in tribulacione eripiam eum
et cetera. Et Richardus concludens in fine
dicit. Sic primus gradus affectum sau-
ciat et sic suus cogitaciones ligat
secundus tercius actionem inplicat ut omnino circa
aliquid occupari non possit nisi
quo eam divina virtus trahit vel
inpellit. Et sic qui ad hunc tercium gra-
dum perveniunt amoris nil iam
propria voluntate agunt. nichil omnino
suo arbitrio relinquunt. Sed divine
dispensacioni omnia committunt hec ille.
Sed hic caute intelligas ut coo-
peracione non corporalem excludas
creature unde ipse Richardus idem
addit dicens sic. Sic artifices

liquefactum metallum formam quamcumque
ad ymaginem sigilli imprimitur. Sic anima
in illo statu ad omnem divine vo-
luntatis nutum facile se applicat
immo spontaneo et iuxta divinum
beneplacitum modum omnem volunta-
tem suam informat ut obediat cum
Christo usque ad mortem. Huic enim
exemplari se debet quisque conformare
qui vult summum gradum caritatis atting-
gere. Quartus gradus violente ca-
ritatis est ut ait Richardus ibidem
quando estuantis animi desiderio iam
omnino nichil satisfacere potest. Iste
ad defectum effectum ducit. Sequitur
Quis huius supremum gradus violen-
tiam digne pensare sufficiat
Quid quaeso fortius quam hominis profundius pe-
netret vehementius exagitet
tam statim suum nec resistendo tem-
perare nec vitando possit extinguere
In hoc quarto gradu amor est ...
insuperabilis quia alii affectui cedere ...
minori non cedit. Inseparabilis quia
memoria numquam recedit. Singula-
ris est quia socium non recipit. In-
satiabilis est quia ei satis fieri non potest
Sequitur Quanta est excellentia istius ardo-
ris qui omnem alium affectum excedit
Quanta quaeso vehementia que mentem
quiescere non sinit. Quanta obsecro
violentia caritatis que omnem alium
affectum violenter expellit. O quanta
supereminentia emulationis cui
omnino nichil sufficit. O excel-
lentia amoris. O violentia dilec-
tionis. O caritatis vehementia
O emulationis supereminentia
Et infra dicit in primo gradu aque
multe non potuerunt extinguere
caritatem et cetera eo quod insuperabilis sit
immo ignis caritatis facit animam
ardere incessanter ut comburat pec-
catum tamquam cetera. In secundo gradu
anima ponit dilectum suum signa-
culum super cor suum eo quod illum omnino
oblivisci non potest. In tertio gradu
Si dederit homo omnem substantiam
suam pro dilectione quasi nichil despi-
ciet eam eo quod in re alia delectari
non possit. In quarto gradu for-
tis est ut mors dilectio. Dura ut
infernus emulatio eo quod ei sit
dulce quicquid pro deo facere vel sustinere

possit. Hec enim omnem alium
affectum expellit et vincit. Si enim
ad aliquem affectum habemus quem propter deum
non diligimus profecto adulterinus
affectus est. qui summe caritatis
constantiam frangit vires quoque eius mi-
nuit et spiritum ad alienum alium
trahit vel expellit. Sequitur In primo
igitur gradu diligitur deus ex cor-
de. In secundo diligitur ex toto cor-
de. In tertio ex tota anima. In quarto
autem. Et infra dicit secundum aliquem
modum. Anima in hoc gradu effi-
citur immortalis et impassibilis. Immor-
talis quia a vita separari non potest. Certus
sum inquit apostolus quia neque mors neque vita
neque alia creatura et cetera. Nonne impassibilis
secundum aliquem modum videtur que nullam
dampna sentit que in omni iniuria hy-
larescit et quicquid ei infertur ad pe-
nam totum presumit ad gloriam
Cum apostolus dicat libenter gloriabor
in infirmitatibus meis ut et cetera. Et
apostoli ibant gaudentes a conspectu con-
cilii quoniam digni habiti sunt pro Christo
Ihesu contumeliam pati et dicit idem
Nonne hic gradus amoris violen-
ti videtur amentiam hominis quasi in amentiam
vel insaniam insipientiam vertere
dum non sinit eum in emulatione
modum vel mensuram tenere. Non-
ne summe amentie videtur esse ve-
ram vitam repellere summam
sapientiam arguere. Divine potestati
resistere. Nonne vitam repulit qui
pro fratribus a Christo cupit separari. Anima
temeritate in necessitate ille qui dixit
aut dimitte illis noxam hanc
aut dele me de libro in quo me
scripsisti. Nonne sapientiam argu-
ere voluit vel docere videtur qui ad eum
loquitur dicens. Absit domine ut rem hanc
facias et occidas iustum cum impio
fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum
facere. Nonne omnipotentie resiste-
re temptavit qui iram eius ad mitigandum
proposuit atque prevaluit. Quam dominus
sinistram (?) invitavit. Ecce in quanta pre-
sumptionis audaciam consuetudo ca-
ritatis solet mentem hominis erigere
Hec ille Richardus. Post tamen sequitur

De gradibus autem seraphici amo-
ris nunc dicendum est. Non quod nos
equales eius amoris excessus possimus
in hac vita. Sed quod nos studeamus
aliqualiter imitari eos quantum possumus

hunc

al' ardescit (?)

al' omnem

h

al' delectari

F

Supreme ierarchie

in hac vita in divino amore. Primo
autem videamus de amore angelorum
in communi. De quo sciendum est quod sicut dionysius
dicit 7. angelice ierarchie. Sanctum intellectum
vel nomen eius amorem divinum ange-
lorum intelligere oportet immaterialiter
qui est super mentem et desiderium indeclina-
bile in aliud et irremissibile et appro-
fervore et complexionibus divine et per ex-
cessum omnis substancie in solos spiritus
amplexus tendentes et nulla anxieta-
te applicatur ut accidit in deside-
riis carnalium voluptatum quorum ap-
petitus plenus anxietate et penitencia
et miseria desiderium non valens cohibere
vel retinere. Propter suam fortitudinem
ad id quod appetit et indubilitate
ad illud quod nulla occasione valet in-
cidere propter hoc quod pure et singulariter
deum desiderant et nichil est quod eos
possit ab eius amore revocare vel
retardare. Et quia semper deus
est uniformis equaliter bonus et pul-
cher et quia ipse in se habet simpliciter
omnem speciem desiderabilem ut sapi-
enciam bonitatem et pulcritudinem eter-
nitatem omnipotenciam etc. Et similiter
omnia est totus desiderabilis. Tamen quod ple-
narie intime et irrevocabiliter in se
habet omnium suorum complexionum omnia desi-
derabilia. Et cum hoc concordat hugo
commentator ibidem dicens sic. Angeli
ex racionis habundancia sciencie id quod
appetunt esse desiderabile vere ve-
hementissime tamen et totis viribus
desiderandum et amandum pure et in in-
tendentes in illud intendunt ita fortiter et
inrevocabiliter quod illa intencio a nulla
potencia mutari potest vel impediri
et est ipse amor tendencio et progressio
ad illud et amplexus illius adeptum non
aliqua racione aut modo aliquo retardatur
aut avertitur aut revertitur eorum intencio
in illud. Aut postquam aperte illud adep-
tum ab amoris amplexu deseritur
hic ille. Ex hiis apparet quod amor an-
gelorum excedit amorem nostrum
saltem quoad actum et operacionem.

Nam invenimus tamen in sacra scriptura
gradus amoris angelici distinc-
te traditos nisi de seraphim. De
quorum amore dionysius c. 7 angelice ie-
rarchie loquens ponit quasi gradus vel [illegible]
quosdam proprietates dicens. Cognitum
est ut in supremis substanciis ornetur
prima ierarchia que super ceteras
exaltatur et circa deum immediate
collocatur, ad quam tamquam deo proximam
principalis defertur prime dei influx[us]

ignes et perfectiones. Ordo primus. Seraphin id est
calefacientes et incendentes. Et interpretantur
sic quod interpretacio huius nominis seraphim
id est incendentes vel calefacientes mur-
nales [illegible] ignis qui incendit
et calefacit nobis signat sempi-
ternam mobilitatem substanciam illius
ordinis. Circa divina et irremissibilitatem
et caliditatem et acutum et superfervi-
dum. Alia translacio habet ut ex-
cedentem fervorem sempiterne motus
eorum id est quod acutissima est et ir-
remissibilis in illud desiderabile
nunquam declinans. Hec verba occultissima
sunt. Ideo litteram commentator exponens
eam dicit sic. Ad hos dei formes habi-
tum excellos et a mira simplicitate
longinquos et vobis similiter tam abs-
conditos exponendos omnino minores
sumus. Visibile est enim hec esse de ar-
chanis verbis que paulus in raptu suo
audivit que licet homini non licet lo-
qui hic tamen sanctus dionysius quasi satis de
templo et celeri locutus est. Que iste
ut existimo non totaliter omnibus sed puritate
et intelligencia et divinis illuminacionibus
et gracia pinguioris. Ac per hoc ut super
homines elevatis. Decreuit committere
de quorum numero ego non sum. Tamen eo-
rum intellectu eam quam possit hic ille
Ammiratur commentator hic ostenderis sub-
tilitate istorum verborum dicit sic. Hic quod
secreto quod dicturus. Primum hoc fateor
quia verba audivi aut non homini dicenda
aut non dicta ab huic. Tantum per-
hominem est dici tam magnum
michi videtur ut nichil amplius
homini dici possit et quia forte verba ista
ab illis nata sunt que audiri potu-
erunt dici non debuerunt. Nec ille
qui dicebat hec usque ad tercium celum
pervenerat et intraverat in paradisum dei.
Tibi verba de verbo audierat secre-
ta omnino et pura silencio usque adeo
quod auris humana non attingeret
quod nemo audiret donec scierat in[terius]
enim audiebat illius dicebat et
non poterant exire foras. Vel erat
homo propterea ab eo qui intus erat
valde intus in interioris audiri po-
tuerunt sed hiis qui foris erant di-
ci non debuerunt. Nec tamen illi qui
foris erant delinquerent si ab eo
qui intus erat non vocarentur. Nata
tamen sunt de verbis verba sicut de verbo
nata fuerant de verbis que intus ser-
vari debuerunt verba que foris pro-
ferri potuerunt. De tenebris magna
de occultis abscura dei penetrabilibus profunda que a nobis audi[ri]

ta sicut tria sunt contraria. vtr. retenti nescio et addit ibidem. Ita hec non gustantur non amantur. Et ita non amantur non intelliguntur. Ubi ne audiunt in amore ut sit gustus et experientia que est magistra intelligentie et [illegible]. Set ille igitur qui voluit hic perfecte intelligere primo exprimentur narrata aut difficultatem istorum verborum predictorum doctorum exponendo simul videamus utrumque.

Prima igitur proprietas vel gradus seraphici amoris secundum Dyonisium est semper mobile. De quo commentator Lincolniensis et commentator Hugo ibidem concorditer dicunt. Commentator auctor volens manifestare proprietates amoris quo fervent seraphim sic eas significavit per ignem. Et eorum differentes hic significat per ignis proprietates. Ignis itaque proprietates sunt sempiterna non interrupta mobilitas caliditas acutum penetrativum et velocitatis acutum et superfervidum quod est in termino. secundum [illegible] sibi eorum que contingit assimilativum [illegible] infra. Sequitur. Eadem igitur proprietas quam dicit motus amoris ut est [illegible] significat actionem et amationem non interruptam nec finitam quiete vel pausatione ab agendo [illegible]. enim potest esse alia amoris. [illegible] motio in suis actualis amatio quam non in illis celestibus substantiis sicut in mobilibus quibusque quiescit aut finitur set semper perennaliter existens iterant ut non desistat aliquando ab agendi motione ac per hanc actionem non remissibiles ab amando intensive et indeclinabiles seu inflexibiles ab amando ordinate amatum et indeclinabiles ad aliud aliquid inordinate amandum. Sequitur huiusmodi igitur semper motionem predicto modo attente propter hoc irremissibiles et indeclinabiles sunt mobiles circa divina primo [illegible] festinatione [illegible] nominatio seraphim. Hugo commentator hic addit dicens quod motio dilectionis que ad superiora est interna intima et inflexibilis dicitur prout autem fit ad subiecta id est inferiora reductiue et actiue explanatiua nominatur. Motus enim ille qui in superiori est contemplatio in inferiori est operatio et ad superiora

tendit ut in eis quiescat ad inferiora tendit ut ea ad se reducat. Quia sic caritas monet ut illic maneat ab deorsum ut redeat. Proinde motio caritatis in superioribus quidem ad inferiores reductiua et acta dicitur. Reductiua in eo quod illos ad creatorem suum eodem igne caritatis succendens convertit. Actiua in eo quod illos accepta claritate illustrans ad ipsius voluntatem disponit. Propter hoc itaque dilectum illorum explanatiua fertur que in inferiorum ad superiora occasio tendendi et secundum superiora incendendi tamquam recalefaciens illa scilicet inferiora et resuscitans in similitudine caliditatem ut similiter ardeant et si non equaliter. Mobile igitur amoris est ut non tepescat dilectio verum neque tepescat. Hec Hugo ibidem. Secunda proprietas vel gradus seraphici amoris est incessabile vel infinibile et hec proprietas amoris differt a prima sicut commentator Lincolniensis reddit rationem differentie dicens. Hec proprietas semper mobile tollit interruptionem motionis et amationis et hec adiunctum incessabile seu infinibile tollit terminationem in duratione vel forte in quid. Lincolniensis. Per hoc quod dicit auctor incessabile seu infinibile intendit exprimere hanc proprietatem amoris ad similitudinem amoris proprietatis ignis videlicet quod sicut ignis non habet terminum in agendo dum invenit actiuam materiam in quam potest accendi set semper est continuus. Sic amor et eius actio non habet terminum in augendo dum invenit materiam auctam in quam possit transire deus et infinitus est. [illegible] infinite potentie sapientie bonitatis iustitie et misericordie et est de ipso [illegible]. [illegible] in ipsum transiens semper invenit auctam materiam in quam naturaliter aptus natus est transire et ignis qui est amor natus accendi. Sequitur amor igitur et amoris motio in divina terminum non habet in augendo. Significat igitur per mobile semper [illegible] perpetuitatem [illegible] interruptionem et durationem terminatam. per incessabile vero seu infinibile amoris et amationis significatur augmentabilitas [illegible] infinitum augmentationis seu [illegible] et magnitudinis. Unde versus est [illegible] Primo quod dicitur modus amandi deum est quod sit sine modo et mensura [illegible]

sit sine mensura. Secundo idem de-
clarat dicens. Si stabilia sunt infinita
saltem ex infinitate specierum nume-
rorum et figurarum et huiusmodi per se accide-
ntibus et intellectus amat naturaliter omnia
stabilia. Scire quomodo etc. Tertio idem decl-
arat per reflexionem amoris super
omnem suum actum. recta circuitu(?) ve-
ritatem attendendum est quod per predicta
dictio notata s. per mobile et incessa-
bile seu infinibile ex vi sermonis
non significatur actus sed adaptacio
amoris actus naturalis aptitudo
habet omnia. Et idem addit dicens
cremacio igitur illorum spirituum summe de-
mutari(?) apprehensiva incessabiliter
et intenta et intima et inflexibilis quia
se per amoris desiderium idem tenden-
tes et mobilis semper est ut numquam in se
subsistat et intenta ut in illa perdurat(?)
et intima ut ad exteriora non effluat
et inflexibilis ut ad aliud extrinsecus
et preter ipsum non divertat. Mobile ad
inquisicionem excitat incessabile ad
et perseveranciam confirmat [illegible]
[illegible] Tertia pro-
prietas vel gradus seraphici amoris est
calidum. [illegible]
quod in loco hoc quiescit ponitur. Quia
sic mobile procedit ut ad inquisitionem
excitet et incessabile sequitur ut ad
perseveranciam confirmat ita calidum
sequitur ut ad (actuum) secedendum vivificat et
acutum sequitur ut ad ipsum [illegible] pe-
netret et ultro superfundit. Sequitur
ut adhesionem et amplexum connectum
manifestat. Require ibi plura. Lyco-
niensis(?) de calido loquens dicit sic. Si-
cut prima actio ponderosi vel levis
est inclinatio ad locum naturalem. Sic actio
virtutis seu potencie amative est in-
clinacio ad naturaliter amabile. hoc tamen
actio non dum simpliciter est amacio sicut
inclinatio ponderosi vel levis non-
dum est actualis motio ad natura-
lem (motum) cum frequenter sit inclinatio cum qui-
te rei inclinantis alio prohibente
actum motionis. Hec tamen igitur inclina-
cionem virtutis amative puto signi-
ficari per calidum motionem ad ad
naturaliter ~~diute~~ amabile amplex-
[illegible] existio designari per acutum
[illegible] sequitur ipsum ad rei amate am-
plexacionem seu penetracionem seu

cum alia adhesionem et cum illa connecta-
cionem manifestari per superfervidum.
Caliditas enim naturaliter est inclinativa
[illegible] in dilectionem et [illegible] sum-
mam partem. Gaudium vero est diffu-
sio. Sed amor est res que per se et sola
est gaudiosa et dilatabilis. Est igitur
amor res per se dilatationis et dif-
fusionis unde generatur hic inclinatio na-
turne(?) calidi est expressa. Calor na-
que qui intus est non videtur et movet
virtute incendii latentis. Sed quod mo-
vetur videtur et ex eo quod videtur intelli-
gitur magnum vi magnam et violentam
forte caloris qui latet et non videtur.
Calor iste [illegible]
ad humorem ingreditur et egreditur ut in
[illegible] illum sibi assimilet et tandem
potenter a se ipso eiciat ut ultro
per fervorem totus ignescat. hic contra
de isto gaudioso amore dicit
Rich. Sic. Amor est dulcedo [illegible]
intimum et quanto ardencius amat tan-
to suavius gustat et cingulum quo
cingitur amor est gaudium spei
quia ubi amor ibi spes et ubi est spiritualis
spes, ibi est gaudium spirituale. Quar-
ta proprietas vel gradus seraphici
amoris est acutum. Quod exponens
hugo [illegible] dicit sic. Acutum
signat quendam impetum amoris et ve-
hemenciam desideriorum ardentibus ut
ibi sit ubi est ipsum quod amat tam
in ipso et in ipso ut non solum ab ipso
calidum sit sed transeat acutum in ipsum
[illegible] calidum esset. quod de lon-
ge calefieri ut hoc satis esset
amare ita absentem et [illegible]
non videntem vel pretiosissimum possidere.
Sed non dat iste amor perfectus in-
si acutum faceret et transiret omnia
et penetraret donec ad dilectum per-
veniret immo potius in dilectum
iret. Si enim in dilectum non vadis
ad hunc foris amas. neque acu-
tum habes dilectionis. Sed habes
et torpens divisus. Tu es ma-
nens extra et alius et unum non
efficeris cum illo. Amor autem unum
te vult facere cum ipso et ideo pe-
netrat omnia et appropinquat quousque per-
ad unum ipsum venit. Propheta ait ubi
erat spiritus impetus illuc gradiebatur
impetus acutum est et ideo dicitur acutum
non quiescit donec intret et penetret

perceptiva est inclinacio [illegible] vel est inclinacio actum dilatacionis diffusionis.

et dicat tenui eum nec dimittam
donec introducam eum in domum matris
mee et in cubiculum genitricis mee.
Sed tamen ipsum ad te introductio non
quolibet modo ut scilicet subsistat extra
apud te vel in porticibus vel in atriis
tuis sive ante ostium domus tue aut
et solum modo in domo tua. quia hoc non
est magnum magne dilectionis. nisi
usque ad thalamum perveniat et in
cubiculum ingrediatur et usque ad interio
ra penetret et intimis tuis requi
escat. quid autem ingreditur ad text
tum ingredientis ad illum. hic ille. lyton
autem idem verbum exponens. dicitur
acutum dicitur tale quod subtile et penet
tivum est. quod quia in motione velox in
hoc scilicet actione ad tendente in rem ama
tam. nichil velocius amore aut
penetrabilius. quia natura non quiescit
donec naturaliter amabiles totum
penetrans virtute et profundita
tem et totalitatem quantum potest
Hic igitur existimo congrue signi
ficari per acutum. hic ille. Unita pro
prietas seu gradus amoris seraphici
est superfervidum. Dicit ergo sic
fervere dicuntur quia in ipso calore
sursum super se feruntur et pro pon
dere in se recidunt. huius super se
elevationes et in se relapsus vicis
situdinarie ferviores dicuntur.
Sunt itaque viri qui accepta spiritus
sancti gratia super se differuntur (elevantur) in
deum et ex proprio pondere recidunt
in se ab actuali super se elevatione
hii vicissitudinariter congrue di
ci possunt spiritu fervientes. Et qui in
hoc supereminet et superhabundat
superfervidi sunt. Sed queritur quomodo. Si
angeli quorum amor defixus in deum
non tepescit aut recidit aut
aliquo modo declinat ab ipso quomodo
dici possunt fervientes. Et si fervientes
dici non possunt quomodo superfervi
dum. Respondit lyton. quia potest dici
quia sicut dei contemplatio ipsius in creatis est
velud vespere. sic amor in se est
elevatio et amor ipsius in creatis est
depressio et in hoc utroque ipsius ad
re sese nititur ad [illegible] conscendere
cum quadam vicissitudinato fervore
spirituali. Cuius supereminentia est
esse in summo possibilis sibi inten
tionis vel forte in quantum lyton

Situm lymen.

possumus dici quod amor quo deum angeli
amplexantur. superfervidus est quia in
tensius ad summum (liquamen) non lentescit (tepescit) nec
remittitur sed immobiliter persistat in
tensionis sue summitate. Si enim vis
caloris sursum fervens partes liquidi fer
ventis super se posset eas protrahere et
sustinere in sua super se elevatione
ita ut neque caloris remissione neque
proprio pondere relaberentur. ad fusus
liquidum huius visitato modo loquendi
non diceretur fervere sed vivisse diceretur
superfervere. cum amoris virtutis esset
illud elevare et coartare in sua eleva
tione super se quod illud solum elevare
absque coartatione et statim relaberetur
in fluxus et sic patet congruentia (cognitio) denominatio
seraphim. Docet et hic proprietas ipsius
potentie amative primum actum
qui est inclinatio et sequitur secundum ac
tum qui est motio ad naturaliter ama
tum intendens ipsum penetrare ut possibile
est et deinceps docet tertium et ultimum
actum dicte potentie amative quod est
cum amato ipsum adequata adhesio et
coartatio. hic intellige tamen proprietatem posi
tivitatem nec non temporis. hic ille. hugo
vero committatur exponens precedens verbum
scilicet superfervidum dicit admonet nos
hec res aliquid magis cogitare de su
perfervido quam de calido vel acuto. Nos
tis enim quomodo id quod fervet quadam calo
ris et incendii sui violentia incitatur ex
tra se tollitur quia supra se et facit mo
tione magnam et visibilem estuatione
quia enim prius acutum fuit et dilectione obsis
tentia omnia penetrans superfervidum fit
iam bulliens in se ipso stare non va
lens acutum enim amoris est cum omnia
transcendendo despicit. Superfervidum
autem cum et semetipsum contempnendo
relinquit. Nam qui hoc solum appetit
quod amat. in illius comparatione et seme(t)
ipsum cum illo despicit quod amat. Ne
que enim vere illud solum appeteret si vel
semetipsum cum illo amaret. non
autem hoc facere potest nisi magna
et singularis dilectio ut per amorem il
lius quod solum diligit ille et qui amat
quodammodo a semetipso despiciat.
Fit ergo miro modo ut dum per
dilectionis ignem in igne sustollitur
et excitat et esse quomodo ergo fervet
et quomodo bullit corde qui propter
superni amoris ignem dum in illum
solum qui sursum est appetendum
fertur cogitatione et desiderio

[Margin:] vel ~~amative~~ — nichil amans ... ~~amore~~

[Margin:] et velud mane ... +

extra se rapitur et supra se elevatur nec
se cogitat, dum illum solum amat. Et
in fine concludit dicens. Ecce diximus
mobile illius dilectionis et irresistibile
et arcuatum calidum et superfundum et ite-
ratum et in fine inflexibile et explatium
reductiuum et actum rectificatus
et resuscitatus ut ex istorum aliqualiter
congnescere mentem ut possimus in ea
mando celestes substantias

Sexto videndum est qualiter per caritatem
cum affectione spiritus nostri intrinsecatur
et intrinsecatur deo. Ihesu in gradiatur. Cum
quod non est quam amare deum est accede-
re ad ipsum et intrare et gustare quam sua-
uis est dominus. Et hoc ostendit gregorius
in moralibus dicens sic. Superiora amare
iam sursum ire est dumque magno
desiderio ad celestia animus inhiat
miro modo hoc ipsum quod accipe-
re querit iam degustat. Et gregorius super
ezechielem dicit. Quantum quisque amat in
tantum ad regnum appropinquat
iniquitatem vero amare negligit in
tantum ingredi recusat. Ratio istorum
est. quia verus amor siue caritas nul-
lum patitur medium inter se et obiectum
quod est deus. sed inuehementer tendit in
ipsum inmediate et ideo numquam cessat
donec omnia transeat ad ipsum et in ipsum
veniat. Unde hugo cantuariensis super
angelica ierarchia dicit sic. Dilectio sine
amor impetum suum ardentis desi-
derii sequens amato appropinquat quantum
potest. et eo amplius fieri intrare
ipsum cupit et esse cum ipso et tam prope
si fieri posset hoc idem ipsum sit quod hic
ipse. Ideo super omnia ventus citius
et perfectius peruenitur ad deum gressibus af-
fectionum non gressibus pedum. Unde
augustinus in epistola ad macedonium
dicit sic. Tanto nobis melius est
quanto magis ad illum imus quo nichil
melius est. Imus autem non ambulando
sed amando. Quod tanto habemus presen-
tiorem quanto eundem amorem quo in eum
tendimus potuimus habere puriorem. Hec
enim caritas. ut dicit auctor libri de
spiritu et anima. Est via dei ad homines et
via hominum ad deum. per caritatem namque
venit deus ad homines venit in homines. per
caritatem eligunt homines deum diligunt
deum. ad deum currunt ad deum perueniunt.
Sic familiaris est deo caritas. ut
mansionem habere nolit ubi caritas
non fuerit. Et ibidem dicit sic. Anima
namque quam dei pietas respicit humi-
litas substituit. patientia ducit. Suis

tiam deducit. Obedientia conducit. Perse-
uerantia perducit. Deuotio reducit.
Puritas iungit. Caritas unit. Sed
habet anima in se amorem quo semper
potest stare cum deo. Si ergo cari-
tatem habemus et deum habemus et in eo vi-
uemus. Quia deus caritas est. De
hac materia require plus in isto quarto
itinere quasi per totum etc.

Septimo videndum est. qualiter spiritus hu-
manus ad veniendum per iter ca-
ritatis afficimus ad intrinsecum re-
cum secum deum ab ipso amabili-
tatur. Cantica 2. dicente. Surge
propera amica mea. Columba mea
formosa mea et veni et huius inuita
tionis subiungit allectiuum dicens
vere. quia iam per ambulantem allevi-
ata agilitas quam tempus putationis
aduenit. id est omnium superfluorum et gra-
uantium depositio dicit glossa. O amica
mea propter tuam unitiuam caritatem.
Caritas enim est fortissimum vinculum
amicitie ipsa est vinculum perfectionis
Sicut dicit apostolus colossenses 3. Immo fortis est
ut mors. cantica 8. Surge propter dilecti-
tuum affectiuam amabilitatem. Ego
enim traho te mouendo. sic desiderante
et amatum. Et traho te in funiculis
adam et in vinculis caritatis. osee xi.
id est in vinculis affectionis paterne dilec-
tionis. aut vestibus. O columba me-
a propter caritatis tue sinceritatem.
Caritas sincera est. ut dicit bernardus
in libro de diligendo deo quod propter bonum
eque ut meum diligimus. Nam qui
magis aut solum diligit suum
bonum conuincitur non caste diligere
bonum quod utique propter se diligat non
propter ipsum. Hic secundum philosophum confite-
beris tibi cum benefeceris ei. propera propter
caritatis tue velocitatem. Nichil
enim velocius est amore acuto ten-
dente in rem amatam. ait lyncolniensis
super angelica ierarchia. Cum ibi hora bre-
uis longa videtur ut supra. O for-
mosa mea propter caritatis tue
pulchriformitatem. Cantica 1. quam pul-
chra es et quam decora. Carissima
in deliciis tuis ibi dicit origenes. Mirabi-
lis laus tua non ex me sed ex eo qui
diligit te fide enim polles. Spe
nites caritate luces. Iustitia
splendes fortitudine rutilas pru-
dentia fulges. temperantia candes.

Venire per iter caritatis non diuise
sed integre. quod fit ex toto corde. id est
secundum augustinum toto intellectu sine errore
ex tota anima. id est tota voluntate

sine contractione ex tota mente i. memoria sine oblivione. Sed in unum illorum deest integritas non venit huiusmodi multiplicatio sed singularis affectum dicitur. Vel in quantum tempus putationis advenit i. omnia aggravantia et impedientia spiritum itinerantem itinere caritatis sunt amota quia caritas operit multitudinem peccatorum [illegible] quae sua sunt et alleviantia itinerantes collata sunt scilicet palmites novorum habituum virtutum unde Vercell. Exponens hoc verbum dicit in vite putantur i. resecantur sarmenta quae si in vite permanerent fructum multiplicem sed minus nobilem proferret. Sic in quantum in mente sunt utiles et motus qui apti sunt in vita activa fructificare sed illi fructus minus reputantur respectu fructuum contemplative Luc. x. Maria optimam partem elegit etc. Similiter intellectus speculativus fructificat in divinorum cognitione per creaturarum investigationem sed ille fructus minus nobilis est quia enigmaticus est respectu cognitionis mistice ut patet ii. de di. no. v. dicit Dyonisius. Est item dimissio cognitio dei quia ipse cognoscitur per gratiam cum mens ab omnibus intellectualibus recedens et tandem seipsam excedens unitur radiis eterne sapientie inscrutabilis profunditatis et sequitur. Quotiens ergo supra intellectualem excitatur mens ad divinum radium totiens oportet ut resecentur intellectuales operationes ut docet Dyonisius primo mistice theologie et filii caritatis solitudines inveniuntur exemplo ubi dominus fuit Moysi solve calciamenta de pedibus tuis pedes sunt intellectus et affectus quibus spiritus noster eternum deum accedit ut supra dictum est qui pedes mundandi sunt ab omnibus pellibus i. creaturarum similitudinibus quos sponsa dixit se lavisse Cant. v. ubi dicit Vercellensis pedes meos i. intellectum et affectum quibus transivi itinera eternitatis lavi i. purificavi quomodo iterum inquinabo illos ymbribus et ymaginibus temporalium. Cum enim intellectuales operationes et forme in hoc loco i. supra intellectualem excitationem reputentur ymbres et offendicula hec ille et hec sufficiant de quarto itinere eternitatis [illegible] dictum est.

habituum

Quintum iter eternitatis per quod spiritus [illegible] venit ad intrinsecum secretum et eternum manerium dei [illegible] eternorum occulta revelatio. Revelationes autem eternorum sunt studiosissime considerande et assidue ruminande quasi dicit Vercell. super Cant. c. i. Assidua revelatione spiritualium ruminatio prebet assiduam contemplationem et exultationem mentis et tremorem et in hoc [illegible] eternorum et [illegible] consequitur. Sed ut ad maiorem huius itineris cognitionem septem consideranda per ordinem. Primo qualiter iter occulte revelationis eternorum iter caritate affectionis sequatur. Secundo qualiter revelatio eternorum occulta dicatur et qualiter distinguatur. Tertio qualiter per sensibilem revelationem eternorum admittatur. Quarto qualiter per intellectualem revelationem eternorum spiritus eorum eternitati uniatur vel ad eternam introducatur. Quinto qualiter per intellectualem revelationem eternorum spiritus [illegible] eternitati uniatur. Sexto qualiter supra intellectualis revelatio eternorum a nobis acquiratur vel obtineatur. Septimo qualiter ad iter occulte revelationis eternorum spiritus noster a domino invitatur.

Primo igitur videndum est. Cap.

Qualiter iter occulte revelationis eternorum iter caritatis affectionis sequatur. De hoc potest assignari ratio [illegible] secundum Aug. xiii. li. confess. Cum caritas sit amor sit pondus [illegible] amantem ad amatum secundum Dyonisium. Quanto autem appropinquius est amans amato tanto plus sibi revelatur amatum. Unde Hugo super iiii. angel. ierarchie. Constat quod qui ardentius diligunt perfundius perspiciunt et subtilius definiunt et quia eminus magis respiciunt procul dubio eundem contemplantur. Ergo rationabile quanto eterna magis amantur tanto perfectius revelantur et plus cognoscantur et sic verificatur verbum Rich. dicentis. li. [illegible] de contemplatione ex magnitudine divine dilectionis pendet modus divine revelationis ideo rationabiliter istud iter precedit iter caritatis ex quo dependet modus divine revelationis etc. Videndum est qualiter re-

Secundo [illegible] velatio eternorum di-

tur occulta et qualiter distinguantur. De
primo notandum quod revelacio eternorum
dicitur occulta quia non nisi occulte per-
cipitur. Sive enim revelacio ipsius est
occultorum manifestacio fiat per ex-
teriores figuras sive per sacre scriptu-
re per illuminaciones inspiratas sive
allocuciones exterius expressas semper fit
in occulto. Ut enim dicit Hugo li. 4. de ar-
cha Noe ubi ostendit quod in revelacionibus
necessaria est secreta habitacio et mentis
collectio sive unio. Unde dicit sic:
Scrutemur scripturas et inveniemus
vix aut numquam Deum locutum fuisse
in multitudine, sed quociens hominibus
aliquid innotescere voluit non generalibus
et publicis sed vel singulis vel ad modum
paucis et a turbis hominum frequencia
segregatis vel per nocturna silencia
vel in campis vel in solitudinibus aut
in montibus se manifestavit. Sic ait
locutus est cum Noe, cum Abraham, cum
Ysaac, cum Iacob, cum Moysi, Samu-
ele, David et cum ceteris prophetis et sequitur:
Quid est quod semper in secreto loquitur
Deus nisi quod nos ad secretum suum vocat?
Et quod cum paucis loquitur nisi ut nos
colligat sive uniat. Et dicit idem
sic: Simul relacio est, [illegible] absconditus
in scripturis loquitur. Quia ut vita
melius abscondatur et bonis reveletur.
Simile dicit Dominus: Nolite mittere margari-
tas ante porcos ne conculcent eas.

b. Sicut dicit Dyonisius in epistola 1. loquens ad
Thimotheum. Ex hiis patet pars
2a scilicet quod revelaciones distinguntur. Non
enim omnes homines equaliter a sensibilibus
abstrahuntur nec equaliter super intellectua-
lia sursum extenduntur. Ideo necesse fuit
ut quibusdam fierent revelaciones
sensibiliter, quibusdam intellectualiter
et quibusdam supernaturaliter. Que reve-
laciones leguntur Moysi facte
Exo. 3. cum exiret Egyptum tem-
poralem ad terram deserti ut [illegible]
[illegible] Filius Israel de Egypto
exire desiderantibus ut testatur
clamor eorum ad dominum ut per-
gerent iter trium dierum, per quod possunt
intelligi tres revelaciones vel il-
luminaciones. Prima revelacio est
sensibilis et simpliciter vivencibus hic
Egyptum huius mundi exire desi-
derantibus. Unde quibusdam principibus

fiebant sensibiles revelaciones ut
exemplificat Dyonisius 4. c. Angelice ier-
archie: pastoribus et quibusdam aliis. Hec re-
velacio ad intelligendum eterna alliciat
ut 3. c. probabit. Secunda revelacio
est intellectualis que fit intellectualiter vi-
ventibus ut Filius Israhelis de
Egypto huius mundi exeuntibus in
intellectualiter ambulantibus. Et hec re-
velacio ad eterna inducit ut 4. c.
probabit. Tercia revelacio est super-
intellectualis et hec tamen fit unitis men-
tibus et egressis de Egypto et in terra
deserti existentibus ut Moysi, et hec
revelacio eternitati unit ut pro-
babit infra c. 4. Istas revelacio-
nes [illegible] in [illegible]
[illegible] [illegible] Rich.
et sic patet secundum, scilicet qualiter revelaciones
distinguntur.

Tercio videndum est de
de quibus revelacione [illegible] istorum
et primo de sensibili qualiter per eam spes
nostra ad accessum eternorum alliciatur.
Unde notandum est quod hec revelacio
fit plebi simpliciter viventi de Egypto
temporali iam exire desideranti ad
terram promisse eternitatis. Et hec
revelacio ut dicit Rich. super Apoc.
c. 1. sensibilis fit dupliciter. Fit enim
quando per signa sensibilia et quando res
videtur corporalibus sensibus extra absque
significacione mistica ut Pharaonem
et ceteris huiusmodi qui nullum sensum
spiritualem vel mysticum intellexerunt et sic
non fuit facta revelacio illis que
est vel sensum nichil manifestatum
fuit. Est et alia revelacio sensi-
bilis exterioribus sive visio corporalis
que fit sensibilibus exterioribus ut quando res
videtur in qua significacio mistica que-
lis fuit facta patribus veteris legis
et novi ut dictum est et patet per Dyonisium c.
4. Angelice ierarchie. Quam mystica nove-
runt ut Abraham, Ysaac et Iacob
et ceteri. Necessitas huius sensibilis
revelacionis fuit ut dicit Dyonisius in
epistola ad Titum ut homo qui constat ex
duplici natura, anima scilicet rationali
que simplex est in essencia et corpore compo-
sito, mystica utriusque, ne [illegible]
illuminetur divinis [illegible] ut mens
eius puritas et simplicitas et intima significa-
cionum sensibilium intelligencias secrete
ab [illegible] significacionis [illegible] et sensibilia
litteris eiusdem per [illegible] [illegible]
tamen tempore metalli [illegible]

Reuelatio magis

et sic ad diuina extendatur in illo. Et secundum Augustinum li. de vera religione sic inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur et sempiterna eius virtus et diuinitas et hic est a temporalibus ad eterna regressio et ex vita veteris hominis in nouum reformatio. hec ille. quia iam spiritualiter erudiatur

Tercio potest contemplari mentaliter. hec reuelacio facta fuit moysi cum in rubo ardenti. deus conspicit sibi apparens in visibili creatura. dixit filiis israel dices. Ego sum deus abraham ysaac et iacob. hoc nomen michi est in eternum. In hac reuelacione sensibili ostendit deus ignem diuinitatis. videndo cum rubo humanitatis in quo verbum patrum ostendit sua sensibilem depositione cum mente eterna cum temporalibus spiritualia corporalibus patriam ex periculis. Cum dicit ego sum dominus abraham ysaac et yacob. Ego ipse sum quia esse meum eternum est et immutabile quod et ostendit Iohannis viii. dicens. antequam habraham fieret ego sum. et iosephus ad marcellum dicit. Deus qui exordium nature non habet. Et hoc nomen tenuit et sibi. deus habraham ysaac et iacob. deus autem sum non mortuorum sed viuorum. Mathei 22°. Ergo habraham ysaac et iacob viuunt sed non viuunt in temporali mutabilitate. sed non exilii huius calamitate. sed eterna hereditate quia hoc nomen in eternum michi est. Dices ergo filiis israel. Ego sum deus habraham ysaac et iacob eos alliciendo ut egyptum temporale corruptibilem et peregrinum egrediantur ad terram eternitatis patribus promissam et datam. terra in qua eterne vite et data terra in qua eterne stabilitatis et vitatis terra eterne beatitudinis et hereditatis. Etenim ideo ut dicit Augustinus in sermone de natiuitate domini. factus est nobis christus in temporis mobilitate ut nos perduceret ad patris eternitatem factus est deus homo ut homo fieret deus vacant igitur modo non corporaliter sed mentaliter. memoria eterna cogitando. quia sic dicit Augustinus de trinitate c. 14°. Cum eterna cogitamus non sumus in hoc mundo. quem iam transcendimus vacant et in intellectu eterna contemplando dei. 19. moralium dicit Gregorius in istis fit et mentis aspiciendo dei eternitatem veniunt et voluptate eterna amando clament. sic dicit Gregorius primo moralium vniuersi electorum adhuc in mundo corpore positi mente amante et extra mundum surgat. Et 14°. dicit. Superiora amare iam sursum ire est. Dominus magnus desidero mens ad celestia inhiat miro modo ipsum quod accipere querit iam degustat. Sic agitur patet qualiter sensibilis reuelacio eternorum ad eterna allicit

Quarto videndum est qualiter per intellectualem reuelacionem eternorum spiritus noster ad eterna reducitur. que fit intellectualiter viuentibus ut filiis israel de egypto huius mundi mentaliter iam egredientibus et ad eterna tendentibus. et hec reuelacio non fit oculis carnis sed mentis. ut dicit Rich. et sic dupliciter. Quia quandoque fit quando animus per se ipsum illustratus formalibus rerum visibilium similitudinibus et ymaginibus per monstratis sive presentatis ad inuisibilia ad inuisibilium cognicionem ducitur. Talem Iohannes in apocalipsi vidit. Unde iste viderat intellexit. hec reuelacio ad eterna ducit. quia per ea intellectus ad inuisibilium eternorum cognicionem exsurgit et perducitur. ut dicit Rich. ut dicit Augustinus ut supra patet. Secundo modo fit hec reuelacio eternorum siue visio intellectualis ut dicit Rich. Cum spiritus humanus per internam inspiracionem sublimatus nullis mediantibus rerum visibilium formis ad celestium cognicionem erigitur. sic vidit dauid et huiusmodi super a. Anselmus ieronimo. Idem omnia prophetarum vidit in spiritu et ieronymo super apocalypsin ubi dicit. Intellectualis visio siue reuelacio. quandoque fit non per corporales res nec per similitudines. sed ipsa veritas in mediate manifestatur videntibus quod proprie electorum est. Mathei 16. Caro et sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est. per interiorem inspiracionem ait Gregorius et psalmista audiam quid loquatur in me dominus deus. Hec occulta reuelacio eternorum videtur innui per hoc quod dominus est moysi. exo. 3. quando in interioribus deserti audiuit deum dicentem sibi. Dices filiis israel qui est misit me. hic apparet quod hec reuelacio fit intellectualiter viuentibus. quia filiis israel in interioribus mentis quia

Prima in littera descripta in quibusdam dictis verbis. Vercellensis in prologo super Cantica dicit ipso israhelitico mandatur nomen intellectuale scilicet qui est, sive ens quod est animatio prima existencie et causa causarum. Et Damascenus primo libro c. 9 dicit quod qui est principalius est omnibus nominibus que de deo dicuntur. Totum enim in se ipso comprehendit velud quoddam pelagus substancie infinitum et indeterminatum. Huic concordat Augustinus 1° libro de trinitate c. 2. Et quod istud verbum est significat presenciam eternitatis, hoc quod ambit omnes differencias temporis, potest de deo dici. Ideo mente sive per intellectum a temporalibus ad eterna et a sensibilibus ad intelligibilia ducit et perducit usque ad nunc eternitatis quod vicissitudinem temporis nescit, ut tales dicant illud philosophi: [illegible] est. Et secundo notandum est quod ista revelacio intellectualis fit ad litteram in quibusdam dictis ab oculis intellectualibus, quorum revelacionem petivit David dicens: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. De hoc velamine dicit apostolus 2 Cor. 3: Usque in hodiernum diem velamen in leccione veteris testamenti manet non revelatum, quod in Christo evacuatur. Nos autem revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Velamen quod a Christo evacuatur ut nobis patrem manifestet, Mt. xi: Neque patrem quis novit nisi filius et cui voluit filius revelare. Christum autem spiritus sanctus clarificat non in se sed in nobis. Unde dominus Ihesus Joh. 16 dicit: Cum venerit paraclitus ille me clarificabit et docebit vos omnia, quia amor divinus omne velum removet et omni veritate docet. Unde apostolus 1 ad Cor. c. 2: Nobis autem revelavit deus per spiritum suum, qui omnia scrutatur etiam profunda dei. Et 1 Jo. 2: Unccio vos docebit omnia, scilicet spiritus sancti.

Quarto videndum est qualiter per supra intellectualem revelacionem eternorum spiritus mens eternitati unitur. Sed hic primo occurrit dubium quod in revelacione ista supra intellectuali videtur includere oppositum in obiecto. Alia ut ait [illegible] revelacio est manifestacio eorum que fuerunt abscondita. Que revelantur et intelliguntur, que autem intelliguntur non sunt supra intellectualia. Ergo nulla revelacio est supra intellectualis. Sed ad horum evidentiam habendam est notandum quod secundum sanctos Augustinum, Gregorium, Dionysium et alios doctores homini a deo donantur duplices habitus supernaturales ad suum finem qui est supernaturalis consequendum. Dantur enim intellectui habitus supernaturales ad suum finem consequendum ut fides et sciencia divinorum. Dantur et voluntati habitus supernaturales ad deum diligendum ut caritas sive amor gratuitus etc. Sed habitus caritatis excellit omnes habitus intellectus ut fidem etc., ut expresse ostendit apostolus 1 Cor. 12, ubi primo commemoratis aliquibus habitibus et actibus intellectus et voluntatis infert: Maior autem horum est caritas; et ostendit idem quod nullus habitus vel actus intellectus est maior sed habitu voluntatis qui est caritas. Et quod habitus intellectus aliqualiter evacuabuntur pro perfectione eorum in patria, habitus autem caritatis pro sua perfectione manebit in patria. Sed perfectiores habitus perfectiores eliciunt actus, ut patet, et ideo actus dileccionis perfectior est actu cognicionis tamquam perfectior. Unde Mt. 22 dicitur quod dileccio est primum et maximum mandatum. Item actum dileccionis convenit unire et transformare, ut dicit Dionysius de divinis nominibus, ut visum est supra. Hoc autem nulli attribuitur intellectui proprie. Ex his ergo apparet plane quod actus dileccionis excellit et excedit actum cognicionis intellectualis in aliquo gradu. In quo autem eum excellit in tantum eum excedit attingendo deum in alio gradu dileccionis ad quem actus cognicionis intellectualis extendi non potest, quod supra intellectualis est saltem in hac vita, quia in patria videbimus deum sicuti est, ut dicit Jo. primo c. 3. Nec obstat quod dicit Augustinus quod incognita neque amari possunt, quia amans divina est aliqua noticia non intellectualis sed affectualis seu experimentalis [illegible]. Exponens illud Jo. 14: Vos amicos meos dixi quia etc., dicit quod dum affectus discipulorum imprimitur divino amori, fert in eis probacionem quandam celestium, et per consequens quandam noticiam quandam est. Ergo patet quod n[...]

appositum quia ipse amor noti
cia mediacio cum illa noticia
sit anima ab intellectuali ut dictum
est. Cum predictis concordat hugo in comentor
dyonisii super .c. angel. ierarchie dicens
sic. Intelligencias quietas divinis ado
res veri et dilectionis sed tamen intelliga
potest quando dilectio supereminet sci
encie et maior est intelligencia plus
enim diligitur quam intelligitur et intrat
dilectio et appropinquat ubi sciencia
foris est et reddit racionem quia
amor inquit persimiles et confidens
amato suo penetrat omnia et in
petu sequens ardentis desiderii
sui nec desistere valens donec
ad amatum perveniat et eo ipso am
plius adhuc sitit intrare ipsum et esse
cum ipso et esse tam prope ut si fi
eri posset hoc idem ipsum sit quod ipse
Expresse dicit quod verus amor
unit deo inmediatius quam intellectus
et quod hic intellectus non capit ergo
ergo talis noticia affectualis est su
perior intellectuali. Cum hiis concordat
prior Vercellensis super cantica dicens
Quod intellectus et affectus simul co
ambulant usque ad novissimum
defectum intellectus ubi habet sue
cognitionis et sue huius consummacionem
affectus autem adhuc continet prin
cipia id est suspiria et super in
tellectuales extensiones et inmissiones
fervidos fulgores et fulgidos
fervores ad quorum cumulum sublimes
extensus et extendentes sublima
tes intelligencia ibi non potest
sed solus principalis affectus deo u
nibiles. et idem post dicit. Tanta
est virtus veri amoris boni et perfecti
quod non solum facit homines et angelos
extendere naturam propriam ut idem
ascendat. Sed et deum qui naturam
propriam extendi ut ad creaturas qui
infra naturam suam procedendo condes
cendat et hoc ut dicit dyonisius 4 de
di. no. audendum est dicere pro veritate
dictum sit in egressibilis a se licet
ipse sua immensitate incapta
tam contemperet eo in mutatam
Hec revelacio et mora supra intel
lectualis fuit facta moysi in rubo et
deserti constituto querenti a domino quod
sibi nomen esset. Respondit dominus
in subiecta cultura dicens. Ego sum qui
sum. i. ut dicit Vercellensis. Ego sum ea
ipse reflexum vel entitas quale no
men non percipitur nisi ab apice
principalis affectionis que etiam in cantica
dicitur que dicit me nemo potest cognosce
re nisi per me ipsum. unde nomen quod quis
est mirabile quod nemo scit nisi
qui accipit apoc. 2. Unde dicit augustinus
nisi qui accipit per revelacionem vel per
experienciam vel sicut dicit haymo
qui ad hoc predestinatus est ut experimen
to cognoscat. Ex quo patet quod
hec revelacio non fit nisi mentibus
seraphicis et in rubo deserti ex
stantibus. i. in caligine occulti sile
ncii in qua revelate res apparet de
super intellectualiter ut dicit haymo

Sexto cum revelacio Cum iste quo
modo vero ista sit super intellectualis
et ideo nec cogitari nec dici possit ut
supra patuit ideo oportet videre qualiter
sit attingenda et optinenda. Circa
quod notandum est quod dyonisius in libro de mistica
theologia volens thymotheo ostendere acces
sum ad istam revelacionem super intelle
ctualem et mora docet eum derelinquere
omnes revelaciones sensibiles et
omnes revelaciones intellectuales sicut
illuminaciones tam corporales sicut spiritua
les et omnia sensibilia et intelligibilia do
nec ingrediatur in caliginem occulti si
lencii in qua revelate res apparent
de super intellectualiter. unde dyo. c. 1. de
myst. theo. secundum translacionem abbatis Vercellensis
sic. Tu autem amice thymothee
... ad hoc quod capax fias mistice
contemplacionis seu revelacionis in
corporee sic radio divino derelinque
sensus et sensibilia exteriora et intellectuales
operaciones et omnia intelligibilia et forti
conatu hic comprimere et sic est tibi
possibile consurge ignote et super
intellectualiter ad unionem dei qui
est super omnem cognitionem. Illud vero
consurge ignote exponens lyncolniensis
imitatur dicit sic. Surge vel restitue
te in regimine ut possibile est ad u
nionem eius qui super omnem cognicionem
est. que quidem restitucio vel sur
rexio fit per ipsius solius forte desi
derium et amorem superfervidum
que nulla racionativa investiga
cione potest esse cognita et in fine dicit
cessans enim in ista caligine ad operacione
cognitionis secundum estuans desiderium
solius dei perfecte ab ipso cognoscimur ipsi
soli unimur et cognoscere videtur
ista caligine super intellectum quia

quia ad hoc conscendere non posset
intellectus humanus et in occultatus alta
congeries non quod intellectus dicatur in occultatis
ad pervacionem potencie visive. set
a pervacione omnis actus visivi demon
stratur in illa caligine. Et sequitur
tamen sic gradus ascensionis in spiritale
caliginem significata per que historice
sunt facta a moyse et is est modus
habendi se in caligine illa donec
radius et interius velacio appareat et
se revelet dicto modo hic hyero.
Gradus igitur ascensionis istius
sunt. primo derelinquere omnia sensibilia
secundo omnia intellectualia. Tercio ingredi cali
ginem ubi apparet deus. Cum hiis con
cordat quod post omnia dicta intelligitur in metaphor
in suo commento super mistica theologia c. i. ubi
per essenciam historiam moysi ostendit
gradus ascendendi in ista caligine
mistica. In qua se deus interius velate
revelet vii. dicit ibi quod moyses exo.
24. primo iussus est se purgare a
multitudine sensibilium et deinde et a
non puris separari et postea omnimodam
mundacionem audivit sonitum
bucine et tonitrua et videt ful
gura micancia et radios multos
effusos. Et postea separatur a multitudine
pervenit cum haaron et nadab et
abiu et hoc semotis israhelis
tanquam racionabiles ascendit et tunc fue
rit sibi revelata intelligencia sacra
eterne archetype sive rationes ex
emplares omnium creaturarum que in deo
sunt. quarum intellectuali inspectione deum
conspeximus quibus nichil divinius a celis
intellectualibus invenimus hec ille. Et
post dicit. sed adhuc restat prin
cipalior dei contemplacio significatur in eo
quod moyses postea predicta separatur ab hiis
quas pridem secum viderat sacerdotibus illis
visis et intrat in caliginem contemplacie
ut patet exo. 24. et unitur superphysice sibi
tali divine quod non penetrat intelligen
cia. que est omnium clarissima et in se claritu
dine et secretissime celat omnes contemplacio
nes conphysicas. Exemplum huius
plenius videtur esse de luce stellarum
que modo absconditur a luce solari in
meridie. sequitur. Et omnibus unitur deo
per essenciam qui est super omnia constituitur in
excellencia quam neque racio investi
gat. neque intellectus speculatur et
ab omnibus et quasi a se ipso segregatur
et per unitionem dileccionis que est affec

tiva contemplacionis unitur deo intellectua
liter cum ignoto et cum cognitione mul
to meliori quam sit cognicio deo que in
tellectualis est et in eo quod cognitionem in
tellectualem derelinquit super intellectum et
mentem deum cognoscit hec ille. Ex pre
dictis patere potest quod revelacio
superintellectualis non fit per intellectualem
cognitionem sed per ardentissimam immo
per superfundam dilectionis per experi
mentalem noticiam. Ex hiis et apparet
sic dictum hyerothei et hanc revelacionem que
fit interius velate et vere absque sensibilis
et ymaginibus secundum suum nudam apparicionem
solum fit in hiis qui transcendunt invidea
omnia. id est hic frequentia que amore con
tacta mediante amate et et per a
que non mediante mente contingere
et qui ascendunt super ascensionem omnium
naturarum extremitatum hoc est ascen
dit super omnes actus virtutis ap
prehensive cognitive quas possibile in
tensive et derelinquit omnia divina illus
tracia introeunt in caliginem intellectu
alem ignoranciam omnium ubi vere est
eloquia unitur qui est ultra omnia
Solum enim ibi vere invenit et tenetur
et qualis invenitur non est effabilis. hec
ille. Cum talis revelacio facta fuit
dicit Mt. xi°. Confitebor tibi
pater domine celi et terre etc. Quia abs
condisti hec a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis. Sed
Perfectio videndi est qualis spiritus
noster ad recipiendum preter occultas
revelaciones ad conspectum secretum
deo ab ipso invitatur. Cant. dicens
Surge propera amica mea columba for
mosa mea et veni et huius invitacionis
summigit allectivum dicens. Iam
blentibus est revelata virtus. quia
iam vox turturis audita est in terra
nostra i. vox patris ubi revelaciones
revelatis omnem veritatem in terra
humilitatis mene. Dicit glossa. Q. ami
ca mea per secretorum revelacionem
Ioh. 14°. vos dixi amicos. quia omnia que
audivi a patre nota feci vobis
noticia experimentali ut dicit gregorius in
omelia. Surge ad revelacionem
perfectionem a sensibili ad intellectuale
ab intellectuali ad superintellectuale ut
secundum psalmum disponens ascensiones in corde
de tuo in valle lacrimarum. Q. co
lumba mea per revelacionem exer
citacionum. Cant. 4. Oculi tui si
cut columbarum super rivos aquarum

idest ut dicit Vercell. Inmittentes aquis
sapientie que diluunt a primo fonte
sapientie in quo intentes columbine contemplacionis
ipso speculo contemplantur revelacio
nes mente simplificatas ipsorum
revelacionem plenissima effusione
unde cant. 4. Columbe resident in men
tis suspendio quietate iuxta a
fluenta plenissima quod prius dicit
Vercell. Motum mortalibus concedit
ad plenitudinis sapientie essentialis
contemplans accedit. Que plenitudo
nulla effusione diminuitur. Item
Vercell. in Cant. O formosa mea propter
revelacione radiosa illuminacio
ni unde psal. 45. Implebit dominus
splendoribus animam tuam et ossa tua
eris irriguus cuius non deficient
aque. Exemplum de moyse cuius
facies ex consortio dei splendida
fuit facta ut videri non posset
intueri oculis carnalibus illorum ex
od. 34. Vel propter revelacionem con
dignitatis etiam dictione propter sapien
tiam et plenitudinem tuam in tende pros
pere procede et regna. Quia vox
turturis audita est in terra nostra. Ge
mitu amorose caritatis. Ego
sum via veritas et vita. Joh. 14.
Ego sum via per quam transisse ibis.
Ego sum veritas ad quam certissime
pervenies. Quia iter finis conclusus
est. Ego sum vita in qua eternaliter per
manebis. Qui enim invenerit me
inveniet vitam et eternam. prov. 8. Item
verum. Quia mens que avis celestis
invenit sibi nidum contine mansionis
ab eterno turture preparatum ubi
reponat pullos suos id est omnes
castos et amorosos conceptus caste
mentis a casto et amoroso eterne
i. verbo paterno auditos concepto
et generatos. unde glo. dicit. Turtur
est castus amator castitatis. Cu
ius vox audita est in terra nostra
idest in humanitate in qua verbum pater
